

EXULO, exulas neutrum passivum est. Et nota differentiam inter neutrum passivum et neutropassivum. Neutra passiva dicuntur illa verba que habent passivorum significationem et significant passionem aliunde illatam. Et sunt quatuor
5 verba huiusmodi que habentur per hos versus (*Doctr.* 978-9),

Exulo, vapulo, veneo, fio quatuor ista
Sensum passivi sub voce gerunt aliena.

Neutropassiva sunt passivis similia in hoc quod cum careant preteritis suppletionem habent preteritorum per participium
10 et verbum substantivum sicut et passiva. Et sunt quinque que notantur in hiis versibus (*Doctr.* 976-7),

Audeo cum soleo, fido quoque, gaudeo, fio;
Quinque, puer, numero neutropassiva tibi do.

Exulo componitur ab ex vel extra et solum, soli, quod est
15 terra. Unde exulare, id est extra solum poni, exterminari. Unde hic et hec exul quasi extra solum positus. Unde exilium quasi extra solum proprium positio, exterminium.

F

FABA «greca ethimologia a vescendo vocabulum sumpsit quasi faga, fagin enim grece comedere dicitur. Primum enim homines hoc legumine usi sunt». Ita dicit Ysidorus in xvii (4,3) Ethimologiarum ubi agit de leguminibus.

FABER «a faciendo ferro nomen habet. Hinc derivatum est nomen ad alias artium materias fabros vel fabricas dicere, sed cum adiectione, ut faber lignarius et reliqua propter operis scilicet firmitatem». Ita dicit Ysidorus Ethimologia-
5 rum xix (6,1). Dicitur ergo faber quasi faciens ferrum.

EXULO 4 et significant passionem *om.* C 9 suppletio novi B, suplectionem C 11 in *om.* B 13 tibi do] trado AB 14 vel] quod est A; et *om.* B 16 solum suum positus B 17 exterminum C
FABA 1 ethimologia est B 2 fagin] fage ACD; greci C; dicitur latine A 3 homines *om.* B; legumento vel legumine B; in *om.* D

FABRICA est locus ubi aliquid fabricatur vel ipsa edificii structura et dicitur a faber, fabri et inde fabrico, fabricas verbum activum. Et fabricor, caris invenitur deponens, ut ibi (Ps. 73,16) «fabricatus es auroram et solem» et faber, 5 fabra, fabrum cautus et ingeniosus. Unde fabre adverbium. Et componitur fabrefacio, fabrefacis, id est ingeniose et artificiose facere. Et inde fabrefactus, fabrefacta, tum.

FABULAS «a fando poete nominaverunt quia non sunt res facte sed loquendo fite». Verba sunt Ysidori in primo (40,1) Ethimologiarum.

FACINUS, sicut ait Ysidorus in v (26,2) Ethimologiarum, dicitur «a faciendo malum quod noceat alteri». Et differt a flagitio, quicquid enim agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum flagitium vocatur. Unde 5 Ysidorus in eodem (3), «Flagitium dicitur a flagitando corruptelam libidinis qua placeat sibi. Hec duo sunt genera omnium peccatorum».

FACTIO, factionis dicitur actio vel actus faciendi. Dicitur etiam factio, ficta actio, qua scilicet ostendit quis se aliquid facere propter commodum alterius et facit ut incommodet. Unde et factio dicitur proditio. Unde quidam,

5 Factio conciliat reprobos, dilectio iustos.

Et inde dicitur factiosus, sa, sum factione plenus, fictor, proditor, magne factionis actor.

FAMA a fando dicitur «quia fando, id est loquendo, pervas-

FABRICA 3 verbum activum *om.* C 4 est ABD 6 id est] quasi AD
FABULAS 2 Ysidori in *om.* C

FACINUS 4 animam B 5-6 corruptela B 6 placet C

FACTIO 3 ut *exp.* D; incommodet] in incommodet A, comodet C, incommodum D

In marg. fol. 57 add. D: falans falangis vel falanga falange lingua macedonum dicitur legio unde falangarius falangaria falangarium id est legionarius scilicet de falanga existens

gatur per traduces linguarum et aurium serpens. Est autem nomen et bonarum rerum et malarum . . . Fame autem nomen locum certum non habet quia plurimum mendax est, 5 adiciens multa vel dimittens de veritate, que tamdiu vivit quamdiu non probatur. At ubi probaveris, esse cessat; exinde res nominatur non fama» (*Isid. Etym.* v, 27,26-7). Virgilius in *iiii* (173-88) *Eneidos* optime describit famam, dicens,

- 10 Extemplo Libie magnas it Fama per urbes,
 Fama, malum quo non aliud velocius ullum:
 Mobilitate viget, viresque acquirit eundo,
 Parva metu primo, mox sese attollit in auras
 Ingrediturque solum et caput inter nubila condit.
 15 Illam Terra parens, ira irritata deorum,
 Extremam, ut perhibent, Ceo Enceladoque sororem
 Progenuit pedibus celerem et pernicipibus alis,
 Monstrum horrendum ingens, cui, quot sunt corpore plume,
 Tot vigiles oculi subsunt, mirabile dictu,
 20 Tot lingue, totidem ora sonant, tot surrigit aures.
 Nocte volat celi medio terreque per umbram
 Stridens, nec dulci declinat lumina sompno;
 Luce sedet custos aut summi culmine tecti
 Turribus aut altis aut magnas territat urbes,
 25 Tam ficti pravique tenax quam nuntia veri.

FANUM, id est templum, dicitur a phanos, quod est sonus, quia ibi dabant dii responsa in voce humana, vel a faunis quibus antiqui templa edificabant, vel a phanes, quod est apparitio, quia ibi maligni spiritus apparebant, vel a fando 5 quia ibi fandum est pro delictis, vel per contrarium dicitur a fando quia fanum non est locus confabulationis sed devote orationis. Et inde fanaticus, ca, cum, id est lunaticus, insanus propter fanum violatum vel quia huiusmodi ad fanum

FAMA 3 nomen *om.* C; fama C 4 nomen *om.* C 8 *iii* D; famam *om.* D 10 *it]* ut ACD, id A *corr.* 12 *viretque* B 13 *motu* AD 14 et *om.* B 15 *terram* B 16 *oeo* ACD 18 *ingens om.* B 19 *tot sunt vigiles* C; dictum D 21 *umbras* BD 24 *aut primum]* at C
 FANUM 1 phanos D 2 *responsoria* D 6 fanum] ibi B 7 lunaticus ca cum B

ducuntur ut liberentur. Item fanaticus dicitur custos templi
 10 et fanaticum ad templum pertinens.

FANTASIA et fantasma dicuntur a «fasmos grece, quod est
 apparitio latine. Unde hec fasma, fasme et hoc fasma, fasma-
 tis, id est apparitio, et proprie inanis et incerta ut in nocte . . .
 Et nota quod fasma et fantasma et fantasia idem sunt, sed
 5 fasma semper est dubia, fantasma vel fantasia quandoque sic
 quandoque non. Item fantasia est de cognitis, species animo
 figurata, sed fantasma est de incognitis, et hinc tractum est
 quod fallacia in argumentationibus dicitur fantasia cum aliud
 appareat quam sit. Unde fantasticus, ca, cum quod sic ap-
 10 paret vel quod pertinet ad fantasma vel quod in se continet
 fantasiam. Unde et cellula que est in anteriore parte capitis,
 in qua est vis intelligendi, dicitur fantastica quia in eo homo
 fantastice et imaginatorie comprehensa intellectu percipiat».
 Ita exponit Huguitio (*s. v.* Fasmos). Est itaque fantasia imago
 15 alicuius corporis, visa cogitando, in animo postea figurata.
 Fantasma vero est, quam numquam vidimus, species in
 animo figurata.

FAR a frangendo «dicitur eo quod in initio frangeretur, apud
 antiquos enim usus molarum nondum erat, sed frumentum
 in pilam missum frangebant. Et hoc erat genus molendini».
 Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (3,5). Et secundum
 5 Huguitionem (*s. v.* Frango) omnia genera frugum farra
 vocantur quia in pila franguntur. Moderni autem dicunt
 far omne genus grani grossius tritico, et ponitur pro tritico.

FARETRA est «sagittarum theca, a ferendo iacula dicta, sicut
 feretrum ubi defertur funus, que idcirco ethimologiam

FANTASIA 1 fasmos] fanos D 2 aperitio B; fasme . . . fasma *om.* B
 3 aperitio B; et *primum om.* BD 9 appareat] apparet C; quod]
 quo A 11 anteriori B 16 quam] quod B
 FAR 1 eo scilicet quod B 2 *Post antiquos add.* B: frumenti molendi
 ad molas non erat; nundum D 7 omne] esse D
 FARETRA 1 est] dicitur C 2 funus] fimus B

communem habent quia faretra mortem et mortuum feretrum portat. Coriti proprie sunt thece arcuum sicut faretre
 5 sagittarum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (9,1-2).
 Vel dicitur faretra a feron, quod est mors, quia quot habet sagittas, tot portat mortes. Quod autem dicitur faretra quasi ferens atra vel quasi feretra, ethimologia est. Et incipit ab f littera sicut patet in Ysidoro et Papia.

FARINA dicitur a farre quia de farre fracto fit, communiter accipiendo far pro quolibet semine frugum, vel dicitur a farciendo quia in panem redacta farcit ventrem.

FASCIA «est ligatura qua tegitur pectus et papille, id est mamille, comprimuntur atque crispanti cingulo angustius pectus arctatur. Et dicitur fascia a fasce quia in modum fasci-
 5 culi corpus alligat. Unde hec fasciola diminutivum qua vul-
 nera alligantur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (33,6). Item a fascia dicitur hoc fasciale, lis, id est fascia, sed proprie dicitur latum cingulum quo pueri ligantur in cunis.

FASCICULUS est parva congregatio lignorum vel aliorum ad portandum colligatorum et quandoque invenitur simpliciter pro congregatione. Et dicitur per diminutionem a fasce. Hic fascis in singulari dicitur «congregatio lignorum ad portan-
 5 dum colligatorum». Ita exponit Papias. In plurali vero hii fascies, fascium dicuntur insignia honorum et quandoque ipsi honores dicuntur fascies a fasce lignorum quia graves sunt pondere dignitatis et auctoritatis. Addit autem Papias quod fascies erant «lanisce, id est fasciole purpuree quibus

3 et mortuum *om.* BCD 3-4 feretrum] ferarum BCD. 6 quot-
 quot D 7 Post mortes *add.* B: vel a phares quod est divisio quia
 ab ea tracte dividuntur sagitte 8 quasi feretra] quasi ferens fere-
 tra B

FARINA 1 quia] quod C

FASCIA 2 que comprimuntur AD 3 fascia a fasce] fascia fascie D
 4 alligat] alligatur C; qua scilicet B 6 fascile C 7 cunabulis suis B

FASCICULUS 4 singulari numero C 5 in papia sic exponitur C 6 bo-
 norum AC; quandoque] quoniam D 8 autem] etiam B

10 corone lauri ornabantur, quas qui portabant in fascibus, id est in dignitatibus, positi dicebantur». Est ergo fascis etheroclitum in significatione. Versus (*Grec.* xxv, 277-9),

Quatuor ista: genus, gradus, aut inflexio, sensus
Nomina scrutanti faciunt etheroclitia dici,

15 Ut celum, melior, vas vasis, opis, caro, fascis.

Ista tria ultima ponuntur pro uno. Expositio istorum ver-
suum est quod etheroclitum dicitur pluribus modis: genere,
ut hoc celum in singulari, pluraliter hii celi; comparatione,
ut bonus, melior, optimus, non enim regulariter comparati-
20 vum formatur a positivo nec etiam superlativum, unde me-
lior et optimus comparatione etheroclitia dicuntur; declina-
tione, ut hoc vas in singulari tertie declinationis est, plurali-
ter vasa, orum secunde; sensu sive significatione ut hic fascis,
de quo predictum est, similiter opis in singulari pro auxilio,
25 pluraliter hee opes pro divitiis, similiter caro in singulari
proprie est hominis, pluraliter hee carnes bruti sunt animalis.
Unde versus,

Carnes carnifices, carnem vendunt meretrices.

Item dicitur etheroclitum impositione, ut ego mei, Iupiter
30 Iovis, nam alia est impositio in nominativo, alia in genitivo.
Item est etheroclitum in persona, ut sum, es, est. Sed ista
duo reducuntur ad etheroclitum in declinatione et quandoque
duo istorum concurrunt in una dictione, ut hoc epulum, li
in singulari, pluraliter hee epule, larum. Unde versus (*Doctr.*
35 370),

Hoc epulum comedis epuleque parantur amicis.

Ecce epulum etheroclitum est genere et declinatione.

FASCINUS, ni in masculino vel hoc fascinum in neutro di-

10 qui] ipsi C 12 Post significatione add. in textu A, in marg. D:
etheroclitum multipliciter dicitur 13 inflectio AC 18 singulari
et B 19 regulatur C 20 unde] ut C 22 vas quod in B 25 plu-
raliter] et in plurali B 27 unde om. C 28 Cf. Walther², no. 2390
29 iubiter C 30 alia in genitivo om. A 31 est primum om. D;
est alterum om. B 32 quando A
FASCINUS i vel] ut B

citur incantatio, et dicitur a fasce qui a quibusdam fasciculis herbarum et fasciis solebat fieri. Et inde fascino, nas, id est incantare. Unde Virgilius in Bucolicis (3,103),

5 Nescio quis teneros oculus mihi fascinat hedos.

Et hec fascinatio, id est incantatio. Et hec fescennina, fescennine, mulier que ponit fascinum, et fescennini, norum dicuntur carmina que mulier dicit quando pellit fascinum. Et hee fescennine, narum dicuntur carmina que nutrix dicit
10 movendo cunas ut sopiat puerum. Et quandoque ponuntur pro laudibus, ut in sermone Sancti Ieronimi de assumptione Beate Virginis (*PL* 30,125), «pro fescenninis», id est loco fescenninarum. Invenitur etiam «fescenninus, na, num, id est nuptialis a Fescennino oppido», ut dicit Papias.

FASTIDIOSUS, sa, sum dicitur superbus, tediosus, fastidio plenus. Fastidium enim dicitur superbia vel tedium a «fastidio, dis, dii vel divi, fastidire, quod est horrere, spernere, tedere... et est activum cum suis compositis». Ita dicit Hu-
5 guitio (*s. v.* Fastus). Grecismus ponit tales versus (XI, 37-8),

Sunt fastidia tedia, sunt fastigia celsa;

Huic fastus, illi fastidio dic caput esse.

FASTIGIUM dicitur summitas vel altitudo alicuius rei et dicitur a fastus, tus, tui, quod est superbia.

FASTUS «a fastidio verbo, quarte declinationis est», ut dicit Priscianus (VI, 72). Huguitio tamen dicit contra Priscianum quod fastidio dicitur a fastus, quod est superbia. Item hic fastus, fasti, pro annali, secunde declinationis est. Hic an-
5 nalis dicitur liber in quo gesta anni continentur. Et dicit Priscianus (*ibid.*) quod fastus «pro annali a fastis et nefastis diebus dicitur. Invenitur tamen et quarte declinationis. Unde Lucanus in x circa principium (187),

2 in quibusdam A 3 solebant C; id est *om.* B 5 qui BCD 11 Sancti] beati B 12 beate marie virginis B 13 etiam] autem C 13-14 id est *om.* C

FASTUS 2 contra Priscianum *om.* C

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus ».

- 10 Item fastus, ta, tum idem est quod licitus. Unde dies fastus dicebatur in quo licebat Romanis publica opera exercere, dies nefastus in quo non licebat eis huiusmodi operari. Et tunc dicitur fastus a fas; fas autem indeclinabile idem est quod licitum.

- FATUM « dicunt pagani quicquid dii fantur, a fando, id est loquendo. Quod nisi hoc nomen iam in alia re soleret intelligi, quo corda hominum nolumus inclinare, rationabiliter a fando fatum possumus appellare. Non enim abnuere possumus esse scriptum in litteris sanctis, 'Semel locutus est deus: duo hec audiui' etc. Quod enim dictum est 'semel locutus est deus' intelligitur immobiliter, hoc est incommutabiliter est locutus . . . omnia que futura sunt et que ipse facturus est. Tria autem Fata finguntur in colo et fuso digitisque fila
10 ex lana torquentibus et propter tria tempora: preteritum, quod in fuso iam netum, id est filatum, atque involutum est; presens, quod inter digitos nentis traicitur; futurum, quod in lana que in colo implicata est eo quod adhuc per digitos nentis ad fusum tamquam ad preteritum traiciendum est.
15 Parcas vero Fata per antiphrasim appellatas quod minime parcant. Quas tres esse voluerunt: unam que vitam hominis ordiatur; alteram que contextat; tertiam que rumpat. Incipimus enim cum nascimur, sumus cum vivimus, desinimus cum interimus ». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum viii
20 (11,90-3). Unde versus (*Grec.* VII, 45),

Cloto colum portat, Lachesis trahit, Atropos occat.

- 9 eudaxi A *corr.*, edoxi B; mutetur B; armis C 11 opera] officia B; exercere C 12 dies autem nefasticus dicebatur in C 13 autem est indeclinabile et est idem C
FATUM 3 in quo A *corr.*; quo] quod D 3-4 a fando *om.* BD 4 possumus] possemus C 5 litteris] libris B 7 est *primum om.* D 9 fuso] filo C 11 nectum B; id est filatum *om.* B 12 trahitur BC 15 vero] autem C 16 quas] quasi D 17 ordinent C, ordinatur D; contextat D 21 antropos BD

Secundum Huguitionem (s. v. For) «fatum est temporalis successio vel eventus rerum a deo provisarum». Vide differentiam fati et fortune infra ubi exponitur fortuna.

FATUUS a for, faris dicitur quia fando ostendit imperitiam suam et differt a stulto. Stultus enim est qui per stuporem movetur in nimiam sevitiam in corde nec profert. Secundum Ysidorum Ethimologiarum x (103), «fatuus ideo estimatur
5 dictus quia neque quod fatur ipse nec quod alii dicunt intelligit».

FAVILLA a fos, quod est ignis, dicitur scintilla, sed scintilla proprie accensa, favilla vero extincta, igni deserta. Unde favilla dicitur quasi fagilla a fagin, quod est comedere, quia est cibus ignis. Favilla dicitur quasi fovilla a fovendo quia
5 fovet ignem.

FAUSTUS, ta, tum a favendo dicitur, scilicet felix, cui fortuna favet et componitur infaustus, id est infelix, cui fortuna non favet. Unde fausta acclamant qui laudes de felicitate et prosperis successibus decantant.

FAVUS est mel in cera, scilicet brisca mellis. Et dicitur a fagin, quod est comedere «quia potius comeditur quam bibatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (2,37).

FAUX, faucis multas habet significationes. Fauces enim dicuntur anguste fistule gutturis per quas ab intimo pectore spiritus exiens sonum vocis emittit. Et dicuntur «a fundendis vocibus» secundum Papiam. Vel dicuntur a fos, quod est
5 vox vel a fando quia per eas famur. Vel a fos, quod est aer,

23 previsarum B 24 infra om. C

FATUUS 4 ethimol. vel x D 5 quod *primum* om. D

FAVILLA 1 sed scintilla om. A 2 accessa C; extincta et igne C 3 dicitur om. C; faginula A, figilla C, faginella D; et a fagin A 4 post ignis add. C: ita dicit hugutio 4-5 favilla ... ignem om. B, in marg. D

FAUSTUS 1 faciendo A 2 id est infelix om. C

FAVUS 1 brusca C

FAUX 2 pectoris B 4 dicitur A 5 eas] fauces A

dicuntur fauces quasi fos capientes, id est aerem. Vel dicuntur a fagin, quod est comedere, et secundum hoc fauces dicuntur maxille quibus comedimus. Et a similitudine faucium dicuntur fauces loca angusta sicut sunt aditus viarum
 10 inter montes. Similiter dicuntur fauces ostia et exitus fluviorum in mare quia huiusmodi loca solent esse stricta et angusta ad modum faucium vel quia per illa loca aque et naves exeunt sicut voces per fauces. Versus differentiales (*Grec.* X, 229),

15 Falx metit aut scindit, fax urit, faux quoque mandit.

FALX instrumentum est quo vites putantur, messes metuntur et prata falcantur. Unde versus,

Falce puto, vineta meto, sata tondeo prata.

Et dicitur falx a filice quia primo filix herba cum falce abscin-
 5 debatur.

FAX, facis dicitur teda quasi focos faciens, a fos, quod est ignis. Unde hec facula diminutivum.

FEDUS «est pax que inter dimicantes fit» vel pactum vel pactio sive compositio. Et dicitur «a fide vel a fetialibus, id est sacerdotibus, dictum, per quos pax fiebat». Unde dicebantur fetiales quasi fediales quia federa faciebant. «Alii
 5 federa dicta putant a porca fede et crudeliter lacerata». Unde et feda porca dicebatur. «Cuius mors optabatur ei qui a pace resiliret, quam antiqui fustibus cedebant donec deficeret, et per hoc significabatur quod si aliquis fedus illud rumperet tali pena afficeretur». Ita legitur in Papia. In Historiis (1271) autem in fine Iosue (24,25) dicitur sic, «Mos erat
 10

6 quasi fos *om.* B 8 maxime A; a *om.* C 9 dicunt B 12 scilicet vel B, vel *om.* D 15 fax . . . mandit] faux mandit fax facis urit BCD

FALX 4 filix] flex B

FEDUS 1 vel *primum om.* C 2 ferialibus ABC 4 fetiales] feriales A, fatiales D 5 fede] feda CD 8 hoc] quod C 10 mox D

gentibus in signum et robur federis initi sanguinem suillum
effundere, quasi dicerent 'Sic effundetur sanguis illius qui
violaverit hoc fedus.' Hebrei vero aquam fundentes atrocio-
rem penam in violatorem iudicabant. Alii enim liquores non
15 effunduntur de vase quin aliquid vestigium sui in vase re-
linquant; solus autem humor aque prorsus effunditur. Quod
faciebant Hebrei in federe inito cum domino quasi dicerent
'Non solum violator federis huius peribit, sicut in aliis fit
federibus, sed tota progenies eius peribit cum eo ut nullum
20 vestigium eius remaneat super terram'. Unde in signum
federis solebant veteres erigere lapides ut sui diuturnitate
fedus initum in memoriam revocarent.

FEMINA «a partibus femorum dicta ubi sexus species a viro
distinguitur». Vel dicitur a fos, quod es ignis, quia vim ha-
bet igneam «quia vehementer concupiscit. Libidinosiores
enim masculis constat esse feminas tam in mulieribus quam
5 in aliis animalibus. Unde nimius amor apud antiquos femi-
neus vocabatur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi
(2,24).

FEMINALIA proprie dicuntur bracce feminarum quia te-
gunt femina, id est femora mulierum. Hoc femen, feminis, si-
cut ait Papias, «pars est corporis que et femur dicitur, sed
femina sunt mulierum, femora virorum». Ysidorus autem
5 dicit Ethimologiarum xi (1,106) quod «femina partes sunt
femorum quibus in equitando tergis equorum adheremus». Unde feminalia possunt dici virorum.

FEMORA «dicta sunt quod ea parte a femina viri sexus di-
screpat. Sunt autem ab inguinibus usque ad genua». Ita
dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,106). Et declinatur hoc

11 gentilibus A 15 de vasa C 16 quod] quia D 19 ullum D
20 eius *om.* C; remaneret A 21 solebat A

FEMINA 1 ubi] unde B 2 distinguntur B, discernitur vel distinguntur
C 5 aliis *om.* B; minus AC

FEMINALIA 4 autem *om.* C 5 quod] quia AD 6 in *om.* B

femur, huius femoris. Unde hoc femorale, idem quod femi-
 5 nale, scilicet bracce, quia tegant femora vel femina, sicut
 dictum est supra proximo.

FENIX «Arabie avis dicta quod colorem feniceum, id est
 coccineum, habeat vel quod sit in toto orbe singularis et
 unica. Nam Arabes singularem fenicem vocant. Hec quin-
 gentis et ultra annis vivens, dum se viderit senuisse, collectis
 5 aromatum virgulis, rogum sibi instruit et conversa ad radium
 solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit sic-
 que iterum de cineribus suis resurgit». Ita dicit Ysidorus
 Ethimologiarum xii (7,22). Unde Ovidius Methamorpho-
 seon xv (392-402),

10 Una est que reparet seque ipsa resemnat ales:
 Assyrii fenica vocant; nec fruge nec herbis,
 Sed thuris lacrimis et succo vivit amomi.
 Hec ubi quinque sue complevit secula vite,
 Illicis in ramis tremuleque cacumine palme
 15 Unguibus et puro nidum sibi construit ore.
 Quo simul ac casias et nardi lenis aristas
 Cassaque cum fulva substravit cinnama mirra,
 Se super imponit finitque in odoribus evum.
 Inde ferunt, totidem qui vivere debeat annos,
 20 Corpore de patrio parvum fenica renasci.

FENESTRA dicitur a fos, quod est lux, quia lucem ferat vel
 fenerat, vel quia per eam foris videmus lucem. Quod autem
 dicitur fenestra quasi ferens nos extra ethimologia est. Vel
 componitur a fos et ministra quia ministrat lucem domui.

FEMORA 4 unde hoc femorale *om.* C

In marg. fol. 59^v add. D: fenix cathmi superfuit de thebis egyptorum
 in scientia profectus apud sidonem regnavit eamque provinciam
 feniceam appellavit ex suo nomine ipsa est ubi est tirus feniceum
 coccineum rubeum roseum vestis fenicea est vestis coccinea

FENIX 1 quod] quia B 5 ungulis C; regum C; radios A 7 iterum]
 item B 8 unde et Ovidius BC 9 xv ita dicit BC 10 seseque D
 12 curis A; amoni A, amami D 13 ubi] nisi AB 14 tremuloque
 A 15 sibi] verbi C 17 timiama A, cymiaama B, cuciana C; virta
 C 19 fertur A 20 fenice B

FENUS, fenoris dicitur usura, sed in hoc differunt quia usura est lucrum de capitali acceptum, fenus vero lucrum de usura acceptum. Vel usura est sine determinato tempore, ut quando commodat quis xii denarios pro uno quotquot mensibus
 5 acceptor voluerit, fenus vero est cum tempore determinato, ut quando quis concedit xx pro xxx usque ad mensem. Et inde dicitur fenero, as, quod et deponens invenitur fenerator, aris, scilicet mutuare vel mutuari, dare ad usuram vel accipere. Unde hic fenerator dicitur qui dat vel accipit ad
 10 usuram. Versus de Grecismo (XII, 127-8),

Est usura suos cum quis tradit mihi nummos
 Spe lucri, fenus duplex usura vocatur.

Quando scilicet usura datur ad usuram et inde recipitur fenus, et illud quod sic acquiritur appellatur fenus liberale.

FERCULUM dicitur appodiatio sive reclinatorium et, sicut dicit Papias, ferculum dicitur «mensa sive discus edentium aut vasculum missorium in quo epule feruntur». Hoc missorium, quasi mensorium, dicitur a mensa, vas scilicet parvum
 5 vulum quod in mensa ponitur. Ferculum singulare abominabile est in mensa divitum epulonum, qui diversas appositiones cibariorum fercula appellant. Et in omni significatione dicitur ferculum a fero, fers. In ultima tamen potius dicitur ferculum quasi farciculum a farcio, farcis quia farcit, id
 10 est replet, ventrem. Vel dicitur a ferendo quia fertur ad mensam. Cetera plana sunt.

FERIA idem est quod cessatio. Unde et diem sollempnem antiquitus feriam appellabant, quia feriabant, id est cessabant ab operibus servilibus. Vel dicitur a ferendis victimis et holocaustis que tunc ferebantur. Et nota quod Iudei dies
 5 sabbata appellant, nos vero ferias dicimus quia omni die

FENUS 1 in hoc om. B 7 quod om. C; et] est B 12 spe] sepe B
 FERCULUM 1 sicut] sic D 7 appellantur C 8 tamen significatione
 potius B 9-10 farcit ventrem id est replet ventrem B
 FERIA 2 quia] id est A 5 sabba D; appellabant C; quia in omni C

feriare, id est cessare a peccato, debemus. Unde dicimus primam feriam, scilicet diem dominicam, secundam feriam, tertiam feriam, quartam feriam, quintam feriam, sextam feriam. Sabbatum illud non mutatur. Vide supra ubi exponitur dies.

FERIATI dicebantur Iudei sollempnizantes, a feria vel a ferio, ferias vel ferior, aris, quod est cessare ab operibus et sollempnizare. Et nota quod ferio est neutrum, ferior deponens.

FERETRUM dicitur a feron, quod est mors, quia ferat mortuum. Quod autem dicitur feretrum quasi ferens atrum ethimologia est.

FERMENTUM a fervore dicitur, scilicet levamentum vel zima. Et dicitur a ferreo, es quia fervere et excrescere facit pastam. Unde fermento, tas, fermentum imponere, fermento corrumpere. Unde verbalia. Et nota quod dicit Priscianus 5 (IX, 42-3), «Ferveo quoque et fervo invenitur, ab utroque tamen preteritum fervi dicitur . . . Dicitur tamen per b ferbeo, ferbes, a quo ferbui».

FERRATA CARPENTA dicebantur currus ferrati. «Carpentum enim pompaticum genus vehiculi quasi carrum pompaticum». Ita dicit Ysidorus in XX (12,3) Ethimologiarum.

FERRUM, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum XVI (21,1) dicitur a farre «quia farra, id est semina frugum, terre condantur». Secundum Papiam dicitur «a feriendo quia ferit et domat cetera» metalla. Vel dicitur ferrum a firmitate, quasi firmum. 5 «Nullum enim corpus», ut ait Ysidorus (XVI, 21,2), «tam den-

FERIATI 1 a *primum om.* A; sollempnizantes vel a feria C 1-2 vel a ferior B

FERMENTUM 4 quod dicit Priscianus] secundum Priscianum C 6 tamen *alterum*] etiam B

FERRATA CARPENTA 1 ferrata a quo carpenta D 2 enim] est B; vehiculi est C; quasi] quod est B 3 in *om.* BC

FERRUM 2 condit C 4 vel] unde C

sis inter se coherentibus et implicitis elementis quam ferrum.
Unde inest illi duritia cum frigore».

FETANS, id est pariens vel generans, dicitur a feto, fetas, quod est parere vel generare, et est participium. Item a feto, tas dicitur hec fetans, huius fetantis, id est pecus, pecudis. Unde illud (*Ps.* 77,70) «de post fetantes accepit eum».

FETUS, tus, tui dicitur partus, scilicet fructus uteri vel mulieris vel pecoris, sed proprie adhuc in utero existens in quo foveatur. Unde dicit Ysidorus *Ethimologiarum* xi (1,144), «Fetus nominatus est quod adhuc in utero fovetur. Cuius
5 secunde dicuntur folliculi, qui simul cum infante nascuntur continentque eum, sic dicti quia secum eduntur». Fetus ergo dicitur a fovendo. Unde et fetus, ta, tum, id est plenus fetu et fecundus. Unde fetosus, sa, sum, id est plenus fetu; et hec fetura, feture dicitur fetus secundum Papiam.

FIALA, sicut ait Papias, «vas est amplitudine diffusum» et licet ad diversa officia fiala assumatur, ut ad ponendum thus, sicut dicit Magister in *Historiis* (1221), et ad multa alia, tamen inter vasa potatoria ab Ysidoro computatur.
5 Unde dicit in xx (5,1-2), «Fiale dicte quod ex vitro fiant, vitrum enim grece hyalim dicitur. Patere fiale dicte sunt vel quod in ipsis potare solemus vel quod patentes sunt dispan-

In marg. fol. 60^v add. D: festum festi neutri generis illud lignum in summitate domus ad quod tigna omnia diriguntur et in quo conveniunt unde hoc festum festi pro sollempnitate sicut enim ad festum lignum tigna conveniunt sic ad festum sollempnitatem homines conveniunt a festo festus festa festum id est sollempnis festus componitur profestus profesta profestum id est dies prorsus festus profestus etiam dies dicitur vigilia festorum dierum quasi prope festum vel ante festum et quilibet dies non festivus dicitur profestus quasi procul a festo

FETANS 1 et dicitur B 2 et *om.* B 4 illud *ps* C; fetantis C

FETUS 5 secundine B 8 fecundus . . . fetu *om.* C 9 futura C

FIALA 1 sicut ait Papias] secundum Papiam C; ait] dicit B 4 portatoria D 5 quod] quia C 6 fiale *om.* C; 7 quod alterum *om.* AD; sint ABD

sisque labiis». Dicitur ergo fiala quasi hiala ab hyalim, quod est vitrum.

FIBRE, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xi (1,126), «iecoris sunt extremitates, sicut et extreme partes foliorum in vitibus, sive quasi lingue eminentes. Dicte autem sunt fibre eo quod apud gentiles in sacris ad Phebi aras ferebantur ab
5 ariolis, quibus sublati atque succensis responsa acciperent. Fibra idem est quod vena.

FIBULA genus est ornamenti vel firmatorii. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (31,17), «Fibule sunt quibus pectus feminarum ornatur, vel pallium tenetur a viris in humeris seu cingulum in lumbis».

FICARIUS a ficu dicitur, ille qui colligit vel vendit ficus. Item ficarii dicuntur homines silvani de ficubus viventes. Unde Ieremie I f (50,39), «habitabunt dracones cum fatuis ficariis». Interlinearis «hominibus silvanis». Alii dicunt quod
5 ficarii dicuntur fauni et satiri qui inter ficus et alias arbores morantur qui in Isaia (34,14) onocentauri et pilosi appellantur. Mendosi codices habent «cum fatuis sicariis». Sicarii autem sunt qui sicam deferunt, homicide. Sica, autem, sicut ait Papias, «gladius brevis est quo maxime utuntur qui apud
10 Italos latrocinia exercent». Et vocatur per antifrasi misericordia quia nemini miseretur et, ut quidam dicunt, telum est in baculo absconditum.

FICUS dicitur morbus quidam. Item ficus dicitur quedam arbor et eius fructus. Unde scribitur in Grecismo (x, 51-2),

9 *Post vitrum in textu add. A, post labiis C, in marg.* D: hec patera vas est potatorium unde quidam religiosus dicebat prelato suo qui ei inhiuerat ne biberet vinum si pater es patere pateras ad vina patere

FIBRE 5 succensus D, accensis A 6 autem idem B

FIBULA 3 quod tenetur ABD

FICARIUS 2 venientes C 3 isaie D 6 onocentari C 7 cum] in B 8 sunt om. C; homicidie AC 9 ait] dicit B 10 exercent C; et om. C 11-12 telum absconditum in baculo dicitur sica C

Ficus, castanea, nux; hec tria nomina tantum
Lignum cum fructu sub eodem nomine signant.

5 Idem in alio loco (XII, 384-6),

Est ficus morbus, est ficus fructus et arbor.
Pro tribus est quarte, genus est variatio partis,
Dicitur hic ficus pro morbo, pro reliquis hec.

Et nota quod pro morbo est secunde declinationis, pro reli-
10 quis quarte. Nota tamen quod dicit Priscianus supra ubi
exponitur domus. Item in sacra scriptura quandoque inven-
nitur secunde declinationis pro fructu. Item pro morbo
quandoque invenitur quarte declinationis, sicut ostendit Pri-
scianus (VI, 76) per exemplum Martialis (I, 65) dicentis,

15 Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba
Et dici ficos, Ceciliane, iubes.
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficos, Ceciliane, tuos.

Ex quo ostendit et vitium et fructum quarte declinationis es-
20 se, genere autem differre. Et dicit Ysidorus Ethimologia-
rum xvii (7, 17) loquens de arbore sic, «Ficus autem a fe-
cunditate dicitur, feracior enim est ceteris arboribus. Nam
ter quaterve per singulos annos generat fructum atque al-
tero maturescente alter oboritur. Hinc et carice a copia no-
25 minate». Et sequitur, «A senibus in cibo sepius sumpte
ficus rugas eorum feruntur distrahere vel distendere. Tauros
quoque ferocissimos ad fici arborem colligatos repente man-
suescere dicunt». A ficu dicitur hoc ficetum, id est locus in
quo crescunt ficus. Hec ficulnea dicitur parva ficus.

FICTIO, fictionis dicitur falsa vel ficta amicitia quasi ficta
actio, a fingo, fingis, finxi, fingere, fictum, quod est ornare,
componere, facere, formare, plasmare, excogitare quod ve-

FICUS 11 item *om.* D 14 marcellis D 16 dixi AD 17 in] ab C
18 ficus ABC 21 autem *om.* BD 22 feracior] fecundior C; enim]
autem B; ceteris] aliis C 24 aboritur AC, oritur B 29 et hec
AD

FICTIO 2 fictum fictu A

rum non est, et simulare. Unde hic et hec fictilis et hoc fictile
 5 ad fingendum facile vel quod iam fictum est. Unde vasa ter-
 rea fictilia vocantur quasi ficta, id est composita ut aliquam
 formam habeant. Item a fingō hic fictor, id est compositor,
 ornator, factor, formator, simulator, fictus actor. Et hoc
 figmen, figminis et hoc figmentum dicitur compositio, for-
 10 matio, adinventio sive simulatio, ficta actio.

FIGULUS, id est fictilium compositor, dicitur a fingere, quod
 est componere, quasi fingens lutum vel fictor luti.

FIGURA a fingendo dicitur «similitudo, forma, sed figura
 hominis est forma nature». Ita dicit Papias. Et inde figuro,
 ras et configuro, ras. Item figura multas habet acceptiones,
 dicitur enim figura vitium ratione excusatum. Item figura
 5 est accidens partium orationis. Unde Priscianus ait (v, 56),
 «Figura dictionis in quantitate comprehenditur: vel enim
 simplex est, ut magnus, vel composita, ut magnanimus, vel
 decomposita ut in hiis que a compositis sunt derivata, ut
 magnanimitas».

FILATERIUM exponitur infra inter dictiones que incipiunt
 a ph.

FILIUS dicitur a filos, quod est amor, eo quod sit amor pa-
 rentum, vel dicitur a filo generationis. Est enim filum ge-
 nerationis progrediendi in posteros, et ubi deest filius fran-
 gitur filum. «Quatuor autem modis», sicut dicit Ysidorus ix
 5 (5,15) Ethimologiarum, «filii appellantur: natura, imitatione,
 adoptione, doctrina. Natura, veluti cum Iudei dicuntur filii
 Abrahe; imitatione, ut ipsius Abrahe fidem imitantes ex
 gentibus, dicente domino in Evangelio (*Mt.* 3,9 *et Lc.* 3,8)
 'potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe',

4 *et primum*] etiam C; singulare B, assimilare D 5 vel] ut C
 FIGURA 1 dicitur scilicet similitudo ficta sed B

FILATERIUM 1 filacterium D; accipiuntur D 2 a] per A

FILIUS 2-3 est . . . generationis *om.* C 4 in ix AD 7 Abrahe *primum*]
 abraham AB; ipsius B 9 deus *om.* B

10 vel sicut eosdem Iudeos dicens, filios esse diaboli dicit, a quo nati non sunt sed quem fuerunt imitati; adoptione quoque quod humana consuetudine nulli licet nescire, vel sicut nos deo, non natura sed adoptione dicimus 'Pater noster qui es in celis'; doctrina sicut apostolus filios suos appellat eos
15 quibus evangelium predicat» etc.

FILIUS SALTUS dicitur David in ii Regum xxi g (19) et i Paralipomenon xx e (5) ubi dicitur, «'percussit Adeodatus filius saltus polimitarius Bethleemites Goliath Getheum' . . . qui dicitur Adeodatus quia ad liberationem Israel datus est
5 a deo in regem, filius saltus quia de pascuis et saltu filius assumptus est, polimitarius quia de genere Beseleel polimitarii fuit mater eius vel quia multis modis ampliavit cultum domini, Bethleemites dictus a patria». Ita exponitur in Historiis (1343).

FIMBRIA dicitur extremitas vestis vel filum quod appenditur ad decorem in extremitate vestis, sicut fit in stolis et manipulis et in plerisque palliis altaris. Item fimbrie dicuntur ille scissure vel lingule que fiunt in tunicis et clamidibus
5 ioculatorum et quorundam nobilium, que potius dissolutionis signa sunt quam nobilitatis. Unde huiusmodi vestis dicitur fimbriata. Papias dicit sic, fimbrie dicuntur vitte in angulis palliorum vel fines vestimentorum. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (24,20) quod fimbrie «ex Greco vocabulum trahunt».
10

FIMUS sic dictus est quia fiat imus, quando enim spargitur in agro occultatur sub terra. Idem dicitur stercus, quod vulgo

10 dicens *om.* B; dicit] dici B, *om.* C 11 que fuerint AD; 12 quod] ab ABD 14 celo A 15 in quibus D; etc *om.* BC
FILIUS SALTUS 1 in *om.* B; et i] di A, vi D 3 polimitanus AD; gotheum B 6 est *om.* C; polimitanus A 6-7 polimitarii *om.* A
FIMBRIA 2 doctorem C; sicut cum sit C 2-3 manipulis] in ampulis B 3 pallis A, pallus D 4 scisture D; cingule AC; et in clamidibus C 7 dicit sic dicit B; vitte *om.* D
FIMUS 1 est *om.* C; quia] quod C; enim] autem B; spargatur A 2 quod a vulgo C

letamen vocatur eo quod suo nutrimento leta faciat germina reddatque arva pingua et fecunda. Et dicitur stercus a ster-
 5 no, sternis quia sternitur in agris vel ab extergendo quia extergi oportet quod sordidum in civitate redundat. Unde stercoro, stercoras, id est letamen aspergere, et hec sterco-
 ratio, id est letaminis aspersio.

FINIO, is dicitur terminare, consummare, consumere. Unde dicitur panis finitus quando comestus est et consumptus.

FINIS dicitur terminus, consummatio, mors, patria. Versus,

Est finis patria, mors, consummatio, meta.

In Grecismo (IX,218-19) ponuntur alii versus, scilicet,

Finis consumens et consummatio finis,

5 Est proprium finis, quandoque est actio finis.

Secundum Ysidorum (xv, 14,1) finis dicitur a fune quia fines agrorum funiculis mensurantur. Et est dubii generis. Dicitur enim hic vel hec finis.

FISCELLA est «vas vimineum gracile ubi caseus exprimitur». Ita dicit Papias. Et est diminutivum a fiscina. Fiscina est vas vimineum ubi caseus exprimitur. Et corripit penultimam. Unde Grecismus (?),

5 Fuscina de ferro, de vimine fiscina fiat.

Virgilius in primo Georgicorum (266),

Nunc facilis rubea texatur fiscina virga.

Quod autem dicitur fiscella scirpea exponitur quia de cirpo, id est de illo genere iunci, erat contexta. Nec credendum est
 10 illis qui dicunt quod fiscina dicitur a fisco quia in modum fisci, id est sacci, rotunda sit. Dicit enim Priscianus (II, 60),

4 stercus *om.* A 6 oportet] debet D 7 id est *om.* BD

FINIO 1 et consumere B

FINIS 3 versus *om.* B 7 agrorum] a grecorum D 8 vel] et D

FISCELLA 2 fiscina autem est B 5 fuscina] fiscina B; deferto B 6 virgilius scilicet i C 7 fuscina C 8 ficella CD; scirpea] cirpea BCD; quia] id est D

«Fiscina corripit penultimam quomodo fuscina. Cur ergo piscina producitur? Quia hoc sine dubio a pisce derivatum est; fiscina autem a fisco, an fiscus a fiscina, an neutrum a
 15 neutro, dubium est. Nam nec fuscina a fusco, nec pagina a pago, nec Mutina a muto, nec Ariminum ab armo derivata, cum sint primitiva, penultimam corripuerunt».

FISTULA «que et casia, arbor est aromatica sed parva. Est autem robusti corticis et purpurei, que ad curandas viscerum molestias valet, que pro sui brevitate a quibusdam inter herbas odoriferas computatur». Ita dicit glosa Cantici iiii f(13).
 5 Item fistula est instrumentum ad canendum ex cannulis compacta. Et dicitur a fos, quod est vox vel aer, et stolos, quod est missio quasi emittens vocem vel aerem. Unde fistula dicitur aqueductus vel meatus quia aquam fundat et eiciat sicut fistula, instrumentum canendi, emittit voces. Un-
 10 de domatum fistule vocantur canales. Vide supra ubi exponitur domatum fistule.

FLACTENS participium est descendens ab hoc verbo flacteo, flactes, tui, quod est idem quod marcere. Unde flactens idem est quod marcens quia quod marcet exsiccatur et arescit. Ideo quandoque ponitur flactere pro arere. Unde dicitur Isaie
 5 xix d (10), «erunt irrigua eius flactentia», id est arentia.

FLAGELLUM diminutivum est a flagrum, flagri. Unde Ysidorus Ethimologiarum v (27,14), «flagra et plage et flagella dicuntur quia cum flatu et strepitu in corpore sonant. Nam plage quasi flage dicuntur, sed plage et flagra prime
 5 impositionis sunt, flagella autem per diminutionem dicta». Et secundum Huguitionem (s. v. Flo), «flagra et flagella sunt virge vel potius summitates virgarum quia cum flatu

12 fuscina] fiscina C 14 an fiscus an a fiscina B 14-15 a a neutro B 17 corripunt C
 FISTULA 1 est *primum om.* D; sed] et C 2 curandum B 10-11 exponuntur D
 FLACTENS 1 Flacc- ubique D 2 tui tere A 3 et quia ABC 3-4 ideoque AD

et strepitu in corpore sonant. Vel summe partes arborum dicuntur flagella quia ventorum flatus sustineant». Totum
 10 illud accepit ab Ysidoro et Papia. Dicit enim Papias, «flagella verbera proprie virgarum sunt»; cetera non mutantur. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (5,8), «Summitates vitium et fruticum flagella nuncupantur eo quod flatu agitentur». Flagra taurea dicuntur flagella de veretris vel nervis
 15 vel coriis taurorum facta. Item quia flagrum percutit et urit dicitur flagrum quandoque verberatio, quandoque ardor. Unde Papias, flagra dicuntur «incendia vel flagella». Et inde dicitur fragro, flagras, id est estuare, fervere, ardere, sed fragro, fragras dicitur redolere. Unde versus,

- 20 Fla facit ardorem, sed fra largitur odorem. (*Grec.* xv, 69)
 Flagrat l rque dabit, l fra caret r bis habebit.

FLAGITIUM dicitur dedecus et peccatum et, sicut dicit Ysidorus in v (26,3) Ethimologiarum, flagitium est quicquid agit indomita cupiditas ad corrumpendum se ipsum. Facinus vero quod alteri noceat. Vel secundum Papiam flagitia sunt
 5 «que in deum peccamus, facinora que in hominem». Unde dicitur flagitiosus, flagitiosa, sum, id est vitiosus, libidinosus, turpis, criminosus. Et dicitur flagitium a flagitio, tas, quod est expostulare, querere, rogare, petere, cum clamore poscere. Unde flagitare dicitur quasi flatum gerere vel flatum
 10 agere vel agitare. Ethimologia est. Et exigit duos accusativos post se. Unde in Doctrinali (1265-9) dicitur,

- Postulo, posco, peto, doceo, rogo, flagito, celo,
 Exuo cum vestit, monet, induo, calcio, cingo,
 Accusativos geminos hec verba requirunt;
 15 Hunc dant passiva, quem verba volunt sibi clausa
 Aut quem vis verbi sibi postulat associari.

FLAGELLUM 9 sustinent C 10 Papia] papias C 12 Ysidorus *om.* A
 14 flagra et taurea A; flagella de veretris *om.* C; veretris] ventris
 D 18-19 fragro] flagro C 20 largitur] designat BD 21 r lque B
 FLAGITIUM 1 sic AD 2 agit] ait B 3 cupiditas facit ad B 5 precamus
 AB; homine B 6 flagitosus flagitiosa AB 16 quem vis] quam-
 vis A

FLAVUS, va, vum secundum Huguitionem (*s. v.* Flaveo) dicitur «albus vel rubeus. Sed proprie flavus est qui vulgariter dicitur blundus». Unde et homines flavi dicuntur qui habent capillos flavos et quasi coloris aurei. «Item flava dicitur ha-
5 rena et flava spica cum matura est». Et dicitur flavus a flaveo, es, quod est esse vel fieri flavum.

FLOS a fluo, fluis dicitur. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvii (6,21), «Flores nominati quia cito defluant de arboribus quasi fluores quia cito solvantur. In hiis duplex gratia: coloris et odoris. Austro enim flores solvuntur, zephyro flunt».

FLUCTUO, fluctuas dicitur commoveri, vacillare, fluctibus inundare. Unde versus,

Fluctuat aut dubitat quatiturve vacillat, inundat.

Et derivatur a fluctus, tus, tui, quod a fluo, fluis descendit,
5 vel a flatu dicitur fluctus quia flatibus venti fluctuet.

FLUVIUS «est perennis aquarum decursus, a fluendo per-
petim dictus. Proprie autem flumen ipsa aqua . . . annis
autem ab amenitate nemoris et frondium dicitur». Ita dicit
Ysidorus Ethimologiarum xiii (21,1-3). Item ibidem «flu-
5 minum duo sunt genera: unum torrens, alterum vivum. De
quo Virgilius (*Aen.* II, 719),

donec me flumine vivo
abluero.

Torrens est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrens
10 quia pluvia crescit, siccitate torrescit, id est arescit».

FLUENTUM, fluenti idem est quod flumen. Et dicitur a fluo, fluis. Et nota secundum Papiam quod fluere dicitur tribus modis: humore rerum, sanie vivorum, tabe mortuorum. Item

FLAVUS 4 flava] fluva C

FLOS 2 in xvii D; defluunt C 3 duplex est C

FLUCTUO 4 quod] quia D

FLUVIUS 2 ipsa est B; annis AD

«fluit quod naturaliter decurrit, . . . defluit vero quod etate
5 vel vetustate solvitur».

FOCARIA dicitur coquinaria a foco. Unde i Regum viii d
(13), «filias quoque vestras faciet sibi unguentarias et foca-
rias». Littera Iosephi (*secundum Huguitionem s. v. Coquo*)
est coquestrias, a coquendo et est coquestrius vel coquestria
5 qui vel que panem vel aliud coquit. Item focaria dicitur
concubina.

FOCUS, foci a fovendo dicitur quia fovet ignem. «Ignis enim
est ipsa flamma, et quicquid ignem fovet focus vocatur, sive
sit ara sive sit aliud in quo ignis fovetur» (*Isid.*, xx, 10, 1).
Unde Papias, focus est fomes et nutrimentum ignis vel in
5 quo ignis fovetur. Item focus dicitur locus in quo ignis fit
in domibus et quandoque ponitur pro igne. Unde hoc fo-
carium dicitur locus ubi fit ignis. Item subcinericius panis
dicitur focarius, de quo loquitur Ysidorus in xx (2, 15)
Ethimologiarum.

FOLLICULUS «est theca frumenti in qua granum frumenti
servatur interius. Hec super spicam vallo instructa muni-
men pretendit ne avium minorum morsibus spica suis fructi-
bus exuatur aut vestigiis proteratur». Ita dicit Ysidorus
5 Ethimologiarum xvii (3, 17). Non solum autem frumenti sed
et cuiuslibet grani theca que granum continet involutum
potest dici folliculus, et est diminutivum a folle. Hic follis
instrumentum est fabrorum ad sufflandum ignem. Et dicitur
follis quasi foveis a fovendo quia fovet ignem flando.

FOMES, fomitis nutrimentum dicitur a fovendo. Item fomes
dicitur «origo, radix» secundum Papiam. Item «lignum

FOCARIA 2 nostras AD 4 coquestrius vel coquestria C 5 qui
quis A

FOCUS 7 ignis om. A 8 in om. BC

FOLLICULUS 2 hec om. A 3 minorum om. A 6 et om. D; cuiuscum-
que A, cuiuscumlibet B 7 hec AB 9 ignem scilicet flando C

FOMES 2 origo et radix B

aridum». Vel fungus dicitur fomes quod ab hiis capiatur et foveatur ignis. Item scintille que emicant de ferro candenti
 5 fomites dicuntur, sicut astule que cadunt ex asseribus cum dolantur.

FORAMEN ACUS, de quo dicitur Matthei xix f (24), «Facilius est camelum per foramen acus transire» etc. sic exponitur in Historiis (1588), «Fuerunt qui dicerent in Ierusalem parvam fuisse portam que dicebatur acus ad quam cum veniebant
 5 cameli pro compendio vie cum oneribus suis non poterant transire vel subire eam. Exonerati ergo transibant et iterum receptis oneribus minabantur. Secundum hoc ergo similitudo notatur, non impossibilitas. Oportet enim avarum amorem opum dimittere si vult ingredi ad vitam». Item alia
 10 expositio: «facilius» signat hic minus positivi sui contrarii, id est minus difficile, quia minus impossibile. Potest enim deus facere ut camelus per foramen acus transeat nullo obstante, avarum vero, qui hoc nomine divitis intelligitur, ponere in gloria si potest de potentia non potest de iustitia, etc.
 15

FORAS vado, foris venio. Versus (*Grec.* xx, 50),

Designat vox ista foras ad, sed foris inde.

FORCEPS, forcipis instrumentum fabrilis est cum quo tenetur ferrum ad fabricandum. Et dicitur forceps quasi fortiter capiens vel quasi ferrum capiens. Unde Ysidorus Ethimologiarum xix (7,3), «Forcipes dicuntur quasi ferricipes
 5 eo quod ferrum candens capiant et teneant, sive quod ab hiis aliquid forvum capimus et tenemus. Nam forvum calidum est, unde et fervidum. Unde et formosos homines dicimus

3 fungus] fondus D 6 dicuntur (*corr.*) tamen dolantur A
 FORAMEN I xix] xxx D 3 dixerunt B 4 cum veniebant] conveniebant
 B 6 item B 7 non secundum B 8 vocatur BD 10 significat D;
 positivum B 14 hic D
 FORAS I vado sed foris C; versus gratia C
 FORCEPS 5 eo quod ferrum candens *iterat* B; cadens C 6 forvum
primum] formum B 7 et unde formum fervidum unde et formosus, sa, sum et formosos B

quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat». Et nota quod, sicut dicit Priscianus (v, 41), forceps et adeps
 10 masculini generis sunt «que tamen veteres etiam in feminino genere protulerunt». Hic forfex, forficis, quasi ferrum capi-
 ens filum, dicitur instrumentum ad fila scindenda. Vel componitur a foros, quod est ferre, et filum, quia ferat, id est auferat, filum. Vel componitur a foris et capio quia
 15 capiat quod foris est in veste vel in panno. Et secundum hoc proprie est fullonum. Item hic forpex, forpice dicitur instru-
 mentum cum quo preciditur pilus quasi ferrum pilorum, id est aptum ad pilos precidendos. Versus (*Grec.* x, 166-7),

20 Forfice fila, pilum cape forpice, forcipe ferrum,
 Fex est filorum, ceps ferri, pexque pilorum.

Hic caveatur falsitas Doctrinalis (685-6) quia forpex et for-
 fex tanto masculina sunt, sicut patet per Priscianum ubi agit
 de generibus.

FORES dicuntur a foris vel foras quia foris ponuntur et ape-
 riuntur. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (7,4), «Fo-
 res dicuntur que foras, valve que intus revolvuntur». Et in
 singulari dicitur foris in genitivo, forem in accusativo, fore in
 5 ablativo et pluraliter hee fores, forium, foribus etc. In Gre-
 cismo (x, 29-31) scribuntur isti versus differentiales,

Urbis porta, fores thalami, sed ianua templi,
 Penoris est valva, quod et Ovidius manifestat
 Dicens 'hic valvas fregit et ille fores.'

FORMELLA dicitur parvus caseus. Unde Magister in Histo-
 riis (1511) sic exponit illud quod scribitur i Regum xvii (18)
 scilicet «x formellas casei», «id est x caseos parvos et recen-
 tes. Hebreus habet decem sectiones casei, id est decem gene-

8 plenitudinem C 10 etiam om. AB 11 ferrum om. ABD 11-12
 capiens] faciens A 12 dicitur] et est B 13 foris B 17 prescindi-
 tur B 18 precidendos A, prescidendos B, precidendos C; unde
 versus C 21 hic autem B

FORES 8 pauperis B

5 ra et diversitates caseorum». Item Alexander Nequam sic ait (*fol. IIIIV*, 18),

Caseus exiguus dat quod formella figurat.

Nota quod formula et formella diminutiva sunt a forma. Et proprie sunt instrumenta alutariorum quibus formant calcios
10 sive sotulares suos.

FORMICA dicitur a foros, quod est ferre, et mica quia ferat micas, id est grana farris. Unde Ovidius *Methamorphoseon* vii f (625),

Grande opus, exiguo formicas ore gerentes etc.

5 Vel dicitur a foro, foras et mica quia forat micas farris quas congregat. Et hoc facit ne germinet. De qua dicit Ysidorus in xii (3,9) *Ethimologiarum*, «Formice sollertia multa, providet enim in futurum et preparat estate quod comedat in hieme; in messe autem eligit triticum, ordeum non tangit;
10 dum pluit ei super frumentum, totum eicit». Formica componitur cum leon, quod est leo, et dicitur hic *formicoleon*, ontis, de quo dicit Ysidorus in eodem libro (3,10), «Formicoleon ob hoc vocatus est quod est vel formicarum leo vel certe formica pariter et leo. Est enim animal parvum
15 micis satis infestum quod se in pulvere abscondit et formicas frumentum gestantes interficit. Proinde autem leo et formica vocatur quia aliis animalibus ut formica est, formicis autem ut leo est.

FORNAX, sicut dicit Ysidorus xix (6,6) *Ethimologiarum*, «ab igne vocata est, fos enim ignis est». Unde fornax quasi fos urna vel quasi fosurgens. Item quedam dea gentilium dicebatur Fornax cuius festa fornacalia dicebantur. Fornacalia
5 etiam dicuntur instrumenta circa fornacem necessaria. For-

FORMELLA 8 a forma *om.* C

FORMICA 1 foris C 4 formicas] micas A 5 mica] micas D; ferat AD
7 in *om.* BC 8 enim sibi in B; in estate BC 11 formicaleon onis
C 12 in eodem libro *om.* C 12-13 formicaleon C 13 ob] ab C;
vel *primum om.* B

FORNAX 5 dicuntur *om.* B, dicunt A

nax feminini generis est. Unde Ovidius *Methamorphoseon* vii a (107),

Aut ubi terrena silices fornace soluti etc.

FORNIX, fornicis dicitur arcus triumphalis iuxta superbiam gentilium in signum victoriae erectus. Et, sicut dicitur in *Historiis* (1309), super i *Regum* xv (12), fiebat de mirtis, palmis et olivis. Et, sicut dicunt, ibi depingebatur series belli
5 et gloria triumphi. Et dicebatur fornix quasi foris nitens, id est apparens, quia in loco eminenti fiebat ut ab omnibus posset videri. Vel dicitur a fornace quia arcuatus erat ad modum fornacis. Et corripit penultimam in obliquis. Unde Virgilius *Eneidos* v f (vi, 631),

10 Menia conspicio atque adverso fornice portas.

Idem ix f (x, 806),

Aut amni ripis aut strati fornice saxi.

Et quia in locis huiusmodi meretrices solebant fornicari ideo fornix dicebatur lupanar. Unde Iuvenalis (3, 156),

15 Lenonum pueri quocumque in fornice nati.

Grecismus (ix, 237-8),

Fornix est arcus, fornix domus est meretricis
Ac utrique caput dicitur esse foris.

Vel dicitur fornix quasi formam, id est animam, necans
20 et inde fornicor, caris quasi formam, id est animam, necans in illo turpi actu et prohibito a domino.

FORTUNA dicitur quasi forte una quia vix aut raro permanet eadem. Unde depingitur eius imago quasi volvens rotam propter sui volubilitatem. Et scribuntur ibi versus isti,

8 aut] at C; ubi] nisi AB

FORNIX 4 dicit B 5 fornix] fenix C 7 armatus C 10 menia] eyenia
C; converso A; fornice D 11 idem] ysid D 13 solent C 20
quasi formam om. D; necans] necare CD, necans vel necare B
FORTUNA 2 depingitur C 3 ibi om. A

Glorior elatus, descendo minorificatus,
 5 Infimus axe teror, rursus ad astra feror.

De qua dicit Ysidorus Ethimologiarum viii (11,94) ubi loquitur de diis gentium, «Fortunam a fortuitis nomen habere dicunt, quasi deam quandam res humanas variis casibus et fortunis illudentem; unde et cecam appellant eo quod in
 10 quoslibet passim incurrens sine ullo examine meritorum et ad bonos et ad malos venit. Fatum autem a fortuna separant, nam fortunam dicunt in hiis que fortuitu veniunt . . . fatum vero appositum singulis statum aiunt». Secundum Papiam fortuna dicitur infelicitas, eventus, exitus; proprie
 10 autem accipitur in bono. Unde fortunatus dicitur felix, dives, cui fortune arridet prosperitas.

FORUS «est exercendarum litium locus a fando dictus. Hec loca et pro rostra dicuntur ideo quod ex bello Punico captis navibus Carthaginensium rostra ablata sunt et in foro Romano posita ut essent insigne victoriae huius». Verba sunt Ysidori
 5 in xv (2,27) Ethimologiarum. Item in eodem (6,8), «Forus est locus ubi uva calcatur, sic dictus quia ibi feratur uva vel propter quod ibi pedibus feriat; unde et calcatorium dicitur. Sed hoc nomen multa significat: prima species fori locus est in civitate ad exercendas nundinas relictus; secunda
 10 ubi magistratus iudicare solet; tertia quam supra diximus, quam calcatorium nominamus; quarta spatia plana in navibus». Hucusque sunt verba Ysidori. Virgilius Eneidos v (VI, 412)

Deturbat laxatque foros etc.

15 Et nota quod forus a ferendo dicitur tabulatum in navi quia ferat incessum hominum. Item forus dicitur foramen in navi

4 Cf. Walther², no. 10344 6 dicit om. C 7 diis] hiis B; fortuntis C, fortunis ABD 9 alludentem C 10 quolibet BD; possim C
 FORUS 1 exercendarum C 2 et om. D 9 exercendas C 11 quam] quem D; vocamus B; quarta est spatia C 12 hucusque sunt verba Ysidori post etc. (v. 14) locavit C; Virgilius Eneidos v] de quibus virgilius C; v] v f B 16 incensum C

per quod remus emittitur. Et tunc dicitur a forando et ita exponunt plures illud Virgilio Eneidos v f (VI, 412-13),

20 Deturbat laxatque foros; simul accipit alveo
Intem Enean.

Unde hic forulus dicitur bursa vel scriptorium quia crebro sit perforatum ad pennas et cornua imponenda. Vel theca librorum dicitur forulus. Unde Iuvenalis (3,219),

Hic libros ferat, hic forulos mediamque Minervam.

FOTUS, fota, fotum dicitur nutritus, molliter amplexus, re-
fectus, calefactus. Et dicitur a foveo, foves, fovi, fovere, fo-
tum, quod est nutrire, calefacere, reficere, sicut quando quis
5 amplexum vel per tecturam vel per defensionem in aliis re-
bus. Istas significationes potes habere ex Papia.

FRAGRO, gras dicitur redolere, odorem dare vel odorem
remittere. Et potest dici a frango, gis quia fracte species
maiores odorem emittunt. Unde dicitur fragrare quasi
fractu redolere. Versus differentiales,

5 Fla facit ardorem, sed fra designat odorem. (*Grec.* xv, 69)
Flagrat l rque dabit, l fra caret r geminabit,

quia in prima et secunda sillaba scribitur r.

FRAMEA multas habet significationes que possunt haberi per
hos versus,

Framea vindicta, rogo, ensis, lancea dicta;
Framea mors, anima, deus; hic defendit ab hac hanc.

5 Ysidorus autem Ethimologiarum xviii (6,3) sic ait, «Framea
est gladius ex utraque parte acutus quam vulgo spatam vo-

17 ramus C 18 eneidos C 20 eneam B 24 forulus D

FOTUS 5 rectorum A

FRAGRO 5-6 Cf. versus supra s. v. flagellum citatos 7 et in secun-
da B

FRAMEA 5 autem om. BC 6 quam] quem AC

cant. Ipsa est et rumphea. Framea autem est dicta quasi ferrea quia de ferro est . . . ac proinde omnis gladius dicitur framea». (6,2) «Machera dicitur gladius longus ex utraque
 10 parte acutus a macron, quod est longum». Possumus etiam dicere quod framea dicitur a fremo, fremis quasi fremea quia facit homines fremere.

FRATER dicitur quasi fere alter quia quandoque fratres ita assimilantur ad invicem quod vix possit discerni ab altero, immo unus alter esse reputatur. Et est ethimologia. Ysidorus autem Ethimologiarum ix (6,5-10) dicit sic, «Fratres dicti
 5 eo quod sint ex eodem fructu, id est ex eodem semine nati». Suple ex eodem patre. «Germani vero de eadem genitrice manantes; non, ut multi dicunt, de eodem germine, qui tantum fratres vocantur . . . Uterini vocati quod sint ex diversis patribus et uno utero editi. Nam uterus tantum mu-
 10 lieris. Quatuor autem modis fratres dicti sunt in scripturis: . . . Natura, ut Esau et Iacob . . . Gente, ut omnes Iudei fratres inter se vocantur . . . Cognatione, qui sunt de una familia, id est patria, quas Latini paternitates interpretantur cum ex una radice multa generis turba diffunditur, ut in
 15 Genesi dicit Abraham ad Loth, 'Non sit rixa inter me et te' etc . . . 'fratres enim sumus'. Et certe non erat Loth frater Abrahe, sed filius fratris eius Aram. Quarto modo affectu dicuntur fratres qui in duo iura scinduntur: spirituale et commune. Spirituale quo omnes Christiani fratres vocan-
 20 tur, ut 'Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum'. Commune cum et omnes homines ex uno patre nati pari inter nos germanitate coniungimur. Unde il-

7 et *om.* D; framea autem est] aut framea est B, framea est autem C
 10 macron] macheron AC

FRATER 5 ex eodem vel eiusdem B 6 genitrice] matre C 7 manentes D 8 viterini B; vocati *om.* D 9-10 mulieris est C 10 scripturis divinis C 13 latini id est paternitates AD 14 ut *om.* C 16 etc et sequitur quare dicens fratres B 17 eius *om.* C 17-18 affectum ABD 20 ut in psalmis ecce B 20-21 habitare fratres in unum] etc. B 21 cum et] est ut B 22 pari *exp.* C, pariter D

lud 'Dicite hiis qui oderunt vos: fratres nostri vos estis'.
 Et quia frequenter occurrunt nobis nomina ad cognationem
 25 pertinentia item secundum Ysidorum Ethimologiarum viiii
 (6,1-4), hic breviter perstringuntur, «Agnati dicuntur eo
 quod accedant pro natis dum desunt filii. Qui prius in gente
 ideo agnoscuntur quia veniunt per virilis sexus personas, ve-
 lut frater eodem patre natus vel fatris filius neposve ex eo,
 30 item patruus. Cognati dicuntur quia sunt ex propinquitate
 cognationis coniuncti. Qui inde post agnatos habentur quia
 per feminini sexus personas veniunt nec sunt agnati, sed
 alias naturali iure cognati. Proximus propter proximitatem
 sanguinis est appellatus. Consanguinei vocati eo quod ex uno
 35 sanguine, id est ex uno patris semine nati sunt. Nam semen
 patris spuma est sanguinis» etc. Frater germanus et uteri-
 nus supra eodem exponuntur (*Isid.*, IX, 6,11-15) «Germana
 ita intelligitur ut germanus, eadem genitrice manans. Soror
 autem, ut frater. Nam soror est ex eodem semine dicta quod
 40 sola cum fratribus in eadem sorte agnationis habeatur. Pa-
 trueles dicti eo quod patres eorum germani fratres fuerunt
 inter se. Consobrini vero vocati, qui aut ex sorore et fratre
 aut ex duabus sororibus sunt nati, quasi consororini...
 Sobrini consobrinorum filii». Secundum Papiam sobrinus
 45 est «qui de sorore nascitur». (*Isid.*, IX, 6,16-21) «Patruus
 frater patris est quasi pater alius. Unde et moriente patre
 pupillum prior patruus suscipit et quasi filium lege tuetur.
 Avunculus est matris frater cuius nomen formam diminutivi
 habere videtur quia ab avo venire monstratur. Amita est

23 dicite] benefacite B; estis *om.* C 24 quia *om.* C 25 item] ideo
 BC; viii BCD 28 rivulis D 28-29 veluti A 29-30 neposve...
 patruus *om.* B, nepos vel ex eo item patruus AD, nepos vel ex
 eodem patruus C 30 dicuntur] di D 33 aliis B; cognati] co-
 niuncti vel cognati B 36 spuma est sanguinis] spuma vel sperma
 et sanguinis B 37-38 germana similiter ita B 38 intelligatur BCD
 39 soror est] sororem C 40 in *om.* C 43 quasi] vel B; consorori-
 ni] consobrini C 44 secundum vero papiam C 44-45 secundum...
 nascitur *om.* B, *in marg.* D 45 natus est C; est *om.* C 46 moriente
 patre] ioriente patre moriente patre mortuo A, moriente patre
 mortuo BD, mortuo patre C

50 soror patris quasi alia mater. Matertera est soror matris quasi mater altera. Socer est qui filiam dedit. Gener est qui filiam duxit. Gener autem dictus quod asciscatur ad augendum genus. Socer autem et socrus quod et generum vel nurum sibi associaverunt. Vitricus autem est qui ex alio viro uxorem, filium vel filiam habentem, duxit. Et dictus vitricus quod a matre superducatur quasi novitricus». Vel dicitur vitricus quasi vitreus custos quia fragilis est in custodia et amore filiorum ex alio patre genitorum. «Privignus est qui ex alio patre natus est et privignus dici putatur quasi privigenus
60 quia prius genitus. Unde et vulgo antenatus» dicitur, scilicet ante quam mater contraheret cum altero viro. Vel dicitur privignus quasi privatus igne, id est delectione, quia non diligitur a noverca vel a vitrico. Cetera exponuntur in locis suis.

FREMO, mis, mui, mere, fremitum, id est perstrepere, rugire, personare, irasci, indignari. Ita dicit Papias. Et addit, fremere et frendere ita distinguuntur: fremere cum furore mentis usque ad vocis tumultum excitari; frendere vero
5 proprie est dentes concutere.

FRENDEO, des, dui, dere, id est dentes concutere, dentibus stridere. Unde hic et hec et hoc frendens, qui minando dentes frendit et comprimit. Item a frendeo dicitur hic nefrendus, id est porcus domesticus carens testiculis, sic dictus
5 quia non frendet dentibus sicut aper. Et hec nefrendis porca domestica, et hic et hec nefrendis, id est porculus vel por-

51 est *alterum*] vero B 52 acciscatur ABD, adciscatur C 53 socrus] socius C; vel] et D; vel nurum *om.* B 54 autem *om.* BC 55 dictus] dicitur C 56 quasi . . . vitricus *om.* C; dicatur ACD 57 custos] vel quasi vitri custos B 58 prevignus C 59 patre natus] patre genitus vel natus A; prevignus C; previgenus C 60 antenatus] autem natus C 61 altero] alio BC 63 non] minime B; in *om.* B

FREMO 1 fremitum tu B 3 cum] est BC

FRENDEO 3 dentes frangit A, frendit dentes vel frangit B; frendeo des C 6 porculusus D

cula adhuc lactens, nondum frendens nichilque adhuc dentibus concutiens vel comminuens. Eadem ratione infans qui nondum habet dentes dicitur nefrendus vel nefrendis.
 10 Invenitur etiam frendo, dis ut Isaie v g (29).

FRENUM a fremendo dicitur quia equum fremere cogit, vel a frendendo quia equi habentes frenum in ore frendent, id est imprimunt et concutiunt dentes et mordent. Utraque expositio scribitur in Papia. In plurali frequenter ponitur pro
 5 habenis. Unde versus (*Doctr.* 378),

Frenum detur equo, frenos et frena teneto.

Quod autem dicatur freni frenorum in plurali ostendit Lucanus in iiii (751-2) dicens,

10 Saxa quatit pulsu rigidos vexantia frenos
 Ore tenens.

Idem in vi (398),

Exiliit, primus calibem frenosque momordit.

FRIGO, frigis, frixi, frigere, frictum secundum Priscianum, id est coquere in patella in oleo vel in sanguine sine vino vel aqua. Quod autem faciat frictum in supino ostendit Priscianus qui ait (IX, 52), «In xi terminantia preteritum, cuius-
 5 cumque sint coniugationis, xi in ctum convertentia faciunt supinum ut luxi luctum, auxi auctum, frixi frictum» etc. In sacra tamen scriptura invenitur frixus, a, um participium et secundum hoc oportet ponere frixum frixu in supino. Unde nota quod a predicta regula Prisciani excipiuntur:
 10 Flecto flexi flexum, figo fixi fixum, necto nectis nexui vel nexi nexum, pecto pectis pexui vel pexi pexum, fluo fluus fluxi fluxum vel fluctum secundum antiquos. Unde «fluctus

7 latens AC 9 vel nefrendis om. C

FRENUM 3 concutiens C 6 frenos] firmos D 12 memordit B

FRIGO 2-3 sine vino vel aqua om. C 5 tum A 6 fixi fictum D 7 fixus

CD 8 hoc om. C; fixum C; frixu om. D 10 flexi] tis A;

flectum B; figo om. D; figo figis fixum fixi B 10-11 vel nexi om.

A 11 vel pexi om. D; fluus om. CD 12 fluctum] fluctus B

pro fluxus et flucturus pro fluxurus soliti sunt dicere. Unde
et fluctus dicitur ipse motus aquarum». Ita dicit Priscianus
15 et ista excipit ipse in suis locis. Sed aliqui addunt frigo frixi
frixum vel frictum, et plecto tis plexi plexum, quod est pu-
nire, verberare, flectere vel ex virgis aliquid componere et
est antiqua grammatica secundum Priscianum. Unde dicit
ipse (x, 47), «plecto plectis plexi antique . . . nunc enim
20 plector et amplector dicimus sed plector passivum esse Te-
rentius ostendit in Phormione,

Ego plectar pendens».

Versus,

In xi preteritum facit, in ctum rite supinum
25 Excipis hinc flexum, fixum sic subtrahe nexum
Et fluxum, pexum, frixum sic dicito plexum,
Sed tamen a frixi frictum vult regula dici,
Et quidam veteres dixerunt a fluo fluctum.

De plecto, tis plenius invenies infra inter dictiones que in-
30 cipiunt a p ubi exponitur plecta.

FRUCTUS «nomen accepit a frumine, id est eminente guttu-
ris parte qua vescimur. Inde et fruges. Fructus autem pro-
prie dicuntur agrorum et arborum, quibus utique utimur.
In animalibus vero abusive et translativè vocamus fructum».
5 Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (6,23). De frumine
invenies supra ubi exponitur eructo, tas.

FRUGES, ut ait Papias, dicuntur «anni utilitas, alimonia»,
copia, cibaria, annona et sunt fruges liquide. Frumenta vero
sicca et arida, et dicuntur a fruendo, id est vescendo. Nam
frumen dicitur summa pars gule. In singulari dicitur frugis in
5 genitivo, frugem in accusativo, fruge in ablativo. Et plurali-

13 fluxus pro fluctus B 15 ista excipit] ita exponit C; in *om.* B
16 et *om.* A 19 nunc enim] nec enim A, nunc autem B 25 sub-
trahere C 27 fixi fictum D 28 veterum BD 29-30 que incipiunt
om. C

FRUCTUS 1 accipit AD 4 transumptive C

FRUGES 5 accusativo] genitivo B

ter hee fruges, frugum, frugibus, etc. Et nota quod segetes dicuntur dum seruntur a serendo, id est seminando, messes dum colliguntur a metendo, fruges dum comeduntur a fruendo, id est vescendo. Unde Grecismus (x, 41-2),

- 10 A meto sit messis, fruges quia vescimur illis
Dicitur, at quod sit sparsa per arva seges.

FRUGI secundum Papiam dicitur «parcus, temperatus, abstinens alieno, suo contentus, contemptor divitiarum». Communiter autem et melius, sicut credo, dicitur frugi bonus, utilis, valens. Et est nomen indeclinabile omnis generis. Dicit
5 tamen Priscianus (xviii, 39) quod frugi est dativus huius nominis fruges.

FRUOR, frueris, fruitus vel fructus vel fretus sum, frui triplex habet preteritum. Est autem proprie frui inherere rei propter se. Unde scribitur in Grecismo,

- Divinis fruimur, mundanis utimur, escis
5 Vescimur et potu, fungimur officio,
Utimur utilibus exoptatisque potimur.

FRUMENTA «sunt que aristas habent, fruges autem reliqua. Frumenta vel fruges a fruendo, id est vescendo, dicuntur. Nam frumen dicitur summa pars gule». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (3,2).

FRUMENTUM «novum vir quidam attulit in pera, id est grana confricata», iiii Regum v a vel iiii g (4,42) secundum quasdam biblias. Ita dicit Magister in Historiis (1391).

FRUSTUM, frusti particula est panis vel carnis. Et dicitur a frumine, quod est superior pars gule, eo «quod capiatur a

7 dum] cum B 10 fit B 11 quod] que A

FRUGI 3 sicut credo om. A

FRUOR 1 fruitus vel om. C; fructus] frutus D 4-6 *Versus citati non quadrant cum nostro Grecismo, cf. Walther², no. 6100c; Vice ultimi versus habet B: utimur utilibus fruimur celestibus escis vescimur optato potior sed fungor honore*

FRUSTUM 1 frustum D

frumine». Verba sunt Ysidori in xx Ethimologiarum (2,27).

Unde dicitur frusto, frustas, id est in frusta dividere. Et

5 inde frustatim adverbium, id est divisim vel particulatim.

Et frustra adverbium qualitatis, id est divisim vel sine causa.

FRUSTRA adverbium qualitatis, id est sine causa, inaniter, in vanum, in vacuum, sine effectum, sine emolumento. Ita

dicit Papias. Et inde dicitur frustror, aris, impedire, calumpniari, fallere sive decipere. Unde frustratus dicitur la-

5 boris fructu evacuatus, illusus. Et dicitur frustrari a frustra

et frustro, frustras similiter dicitur.

FRUTICES dicuntur breves arbores sicut solent esse in introitu silvarum. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii

(6,4), «Frutex brevis est appellatus quod terram fronde tegat», quasi diceret frutex dicitur quasi terram fronde tegens.

5 Unde hoc frutectum dicitur locus in quo crescunt frutices.

FUCUS, fuci «est maior ape, scrabone minor. Dictus autem fucus quod alienos labores edat, quasi fugus a fagin, quod

est comedere. Depascitur enim quod non laboravit». Non enim mellificat, sed aliarum mel manducat. «De quo Virgi-

5 lius,

Ignavum fucos pecus a presepibus arcet».

Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (8,3). Unde «fucus

dicitur genus herbe» de qua fit tinctura que similiter dicitur fucus et pro quolibet supposito colore dicitur fucus «quia

10 alienum mentitur colorem» (*Etym.*, xvii, 9,98). Unde Sapientie xiii f (14), «rubicundum faciens fuco colorem eius».

Unde fuco, fucas dicitur colorare, fucum supponere. Item,

4 frustro frustras D; in *om.* C

FRUSTRA 2 in vacuum *om.* C 4 frustratus] frustra B 5 fructu] fructus D; frustrari *om.* D

FRUTICES 4 dicit C

FUCUS 1 apes BC, apis A; dicitur B 2 quod . . . edat *om.* C; labores] arbores D 3 comedat A 6 fucus A, fugus B; a presipibus] apud sepibus D 7 xii] xvii BD 8 dicitur *primum om.* A 9 quia] quod A 11 f *om.* C

sicut dicit Papias, fucus dicitur «mendacium, fraus, dolus, insidie, astutia» quia supponitur veritati colorande.

FULCRUM, fulcri a fulciendo dicitur, scilicet pes lecti. Et ponitur pro lecto et pro quolibet ornamento lecti. Unde dicit Papias, fulchra sunt «ornamenta lectorum quia hiis fulcimur, id est sustinemur, vel quia toros fulciant sive
5 caput, que reclinatoria vulgus appellat». Fulcra cubilia lecti.

FULGEO, fulges, fulsi idem habet preteritum quod fulcio, sed in supino differunt quia fulgeo facit fulsum, sicut dicit Priscianus (IX, 51), et fulcio fultum. Et quia splendor ferit et percutit oculos intuentium ideo ponitur fulgere pro ferire
5 et pro percutere». Unde fulgur et fulmen. Ita dicit Huguio.

FULGUR «et fulmen ictus sunt celestis iaculi a feriendo dicti, fulgere enim ferire est sive percutere. Fulmina autem collisa nubila faciunt. Nam omnium rerum collisio ignem creat, ut in lapidibus cernimus, vel attritu rotarum vel in
5 silvis arborum; simili modo in nubibus ignis. Unde et prius nubila sunt, deinde ignes. Ex vento autem et igne fulmina in nubibus fiunt et impulsu ventorum emittuntur. Ideo autem fulminis ignis vim habet maiorem ad penetrandum quia subtilioribus elementis factus est quam noster, id est
10 qui nobis in usu est. Tria autem sunt nomina: fulgur, fulgor et fulmen: fulgur quia tangit; fulgor quia incendit et urit; fulmen quia findit, et ideo tribus radiis figuratur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (9,1-2).

13 fucus] fugus B; mendacium funus dolus fraus D
FULCRUM 5 que] quia ABD 6 post lecti add. in textu A, in marg. D:
fulchrum dicitur illud in quo fulcimur vel appodiamur

FULGEO 2 fulgeo] fulceo B

FULGUR 2 enim idem est quod ferire est vel percutere C 3 nubila]
lumina O 6 nubula B; ex vento] exeundo C 7 impulsus D
8 vim om. B; penetrandum potestate B 9 noster] videtur O
10 sunt eius nomina B 12 fundit D; figuratur] fingitur C 13
xii D

FULGOR proprie dicitur splendor a fulgeo, fulges et inde fulgorus, ra, rum, id est fulgidus. Et componitur prefulgorus, ra, rum, id est prefulgidus, valde vel pre aliis fulgidus et fulgoro, ras, id est fulgere.

FULGURO, ras dicitur fulgere et tunc est neutrum. Item fulguro, ras idem est quod fulmine percutere et tunc est activum. In Psalmo (143,6) tamen super illud «fulgura coruscationem» etc. dicit glosa, fulgura vel fulgora vel corusca, 5 id est clarifica, coruscationem, id est miracula, fac crebrescere. Mihi videtur quod posset exponi fulgura, id est ad modum fulguris mittere, festina coruscationem, id est miraculorum claritatem ad deterrendum reprobos et demulcendum pios, et sic est activum.

FULVUS, va, vum dicitur rufus, rubeus. Ita exponit Papias. Et dicitur a fulgeo, es.

FUMARIUM a fumo dicitur, scilicet caminus per quem fumus exit. Fumus autem dicitur quasi fos means. Ethimologia est. Fos autem grece, ignis latine. Et a fumus, fumi dicitur fulina, id est coquina ubi abundat fumus, et hec 5 fuligo, fuliginis, id est nigredo que pendet in coquina et in trabibus domus. Unde Iuvenalis in primo (2,93-4),

Ille supercilium madida fuligine tectum
Obliqua producit acu.

Item a fumo fumigo, gas, id est infumare vel fumum agere.

FUNDA dicitur a fundendo eo quod ex ea fundantur lapides, id est emittantur. Et componitur cum balin grece, quod est

FULGOR 3 vel] et C, *om.* D 3-4 fulguro C

FULGURO 2 fulmen A 4 ibi dicit C 6 possit C 7 mitte festinam D;
7-8 miracula vel miraculorum B

FULVUS 1 fulfus B

FUMARIUM 2-3 sed et ethimologia C 4 hec fulina B, hec fulitia C,
fulma D; ubi] un D 5 apparet et pendet B 9 infumare] fumare
D; agere] facere A

FUNDA 2 quod et componitur A, quod componitur D; bolin C

emittere latine, et dicitur hec fundibula, id est funda. Unde fundibulus et fundibularius qui fundit et emittit lapides
 5 cum funda.

FUNDUS, fundi a fundendo dicitur et pro profundo aque et pro parte vasis et pro agro et proprie pro allodio quia fundit opes vel divitias. Unde scribitur in Grecismo (xii, 89),

Dicitur allodium fundus, fundum maris imum.

5 Quod tamen dicatur fundum neutraliter nusquam alibi re- colo me legisse. Papias sic ait, fundi dicuntur « possessiones, vici, predia, agri, rura ». Ysidorus autem Ethimologiarum xv (13,4) dicit sic, « Fundus dictus quod in eo fundetur et stabiliatur patrimonium. Fundus autem et urbanum edificium
 10 et rusticum intelligendum est ».

FUNGOR, geris, functus sum, fungi, id est uti, proprie per- tinet ad officium. Unde functi dicebantur quidam cives qui utebantur officio et honore aliquo. Unde et defuncti mortui dicuntur quia expleverunt officia vite. Et componitur defun-
 5 gor, geris, id est deorsum a functione esse et ponitur pro mori. Item componitur perfunctor, perfungeris, id est uti vel destrui. Unde perfunctorius, a, um ad perfungendum aptus vel destructorius, levis et transitorius vel imaginarius. Unde forma mundi dicitur perfunctoria, id est destructoria
 10 et transitoria. Unde perfunctorie adverbium, id est inaniter, imaginarie, leviter, aut pertransitorie. Nota versus differ- entiales supra positos ubi exponitur fruor, eris.

FUNEBRE, funereum et funestum secundum Papiam ita di-

4 lapides *om.* B

FUNDUS 1 dicitur et ponitur pro C; pro *om.* B 5 tamen] cum AD; nunquam BC; alibi] alicubi B 8 dictus est quod B, dictus eo quod D

FUNGOR 1 uti et proprie D 4 quia] qui B 6 profungor C, perfungo D 7 perfundendum AB, profundendum C 11 leviter *om.* C; nota] unde C 12 supra positi C; fruor eris] fungor B; *post eris add.* C: divinis fruimur etc.

FUNEBRE 1 funereum] fenerum C; funestum D

stinguntur: «funebre luctuosum; funereum quod ex funere constat; funestum vero quod a funere inquinatum est», sicut ille qui tangit mortuum. Frequenter tamen pro eodem
5 accipiuntur.

FUNIS masculini generis dicitur corda. Unde hic funiculus diminutivum et hic funambulus, qui ambulat super cordam. Et dicitur funis a fos, quod est ignis, quia ante usum papiri olim funes cera circumdabantur ad usum luminis.

FUNUS, funeris dicitur mors, humani corporis exitium vel cadaver, sic «dictum a funibus accensis, quos ante feretrum, papiris cera circumdatis, ferebant». Ita dicit Papias. Vide supra ubi exponitur cadaver.

FUR hebraice, fors latine. Unde furim pluraliter dicuntur fortes.

FUR dicitur latro nocturnus qui de nocte vadit. Unde dicitur a furvus, va, vum, quod est nigrum. Unde furor, aris. Versus (*Hugutio*, s. v. *Furvus*),

Fur latet in furvo, latro se fert obvius ultro
5 quia latro latet in silvis et spoliat viatores. Versus,

Fur non est latro sed tempore qui rapit atro,
Claro non atro furatur tempore latro,
Latro latet luce, dignus uterque cruce.

FURIOSUS dicitur furia plenus, insanus, furia enim insania dicitur a feriendo quia feriat, id est percutiat, corda hominum. Furias autem pagani deas infernales dicunt quas Eumenides vocant, id est deficientes in bono. Et a poetis nomi-

2 funereum] funerum CD

FUNIS 1 funus D; dicitur *om.* C 2 funambulus B, funabula D

FUNUS 3 circumdantis C

FUR (1) 1 fors] sors C; furim] furtim B 2 sortes C

FUR (2) 2-3 unde versus BC 5 et] ut C 6 sed . . . rapit] quia tempore fur rapit C 6-8 Cf. *Walther*², no. 10103

FURIOSUS 1 insania plenus dictus B 3-4 emmenides D

5 nantur Allecto, Thesiphone, et Megera, de quibus dicit
 Ysidorus Ethimologiarum viii (11,95), «Aiunt pagani tres
 furias feminas crinitas serpentibus propter tres affectus qui
 in animas hominum multas perturbationes gignunt: . . . ira
 vindictam cupit; cupiditas desiderat opes; libido appetit
 10 voluptates». Et a furia dicitur furiatus, ta, tum, id est fu-
 riosus. Et nota quod dicit Papias, furiosus «ferarum ritu
 fertur et numquam ab eo furor recedit. Furiatus est qui
 furit ex causa, furibundus est valde iratus, furore plenus».

FURO, furis verbum neutrum est absolutum et caret pro-
 prio preterito et supino. Unde, sicut dicit Priscianus (VIII,
 60), mutuo accipit preteritum et supinum huius verbi in-
 sanio, insanis, et declinatur furo, furis, insanivi, furere, in-
 5 sanitum. Et multa talia verba enumerat Priscianus.

FURTUM est aliene rei clandestina contrectatio, a furvo, id
 est a nigro, nominatum quia in obscuro fit. Vide supra ubi
 exponitur fur, furis.

FUSCINA, fuscine penultima correpta dicitur creagra. Unde
 fuscinula diminutivum, scilicet tridens cum quo carnes de
 caldaria extrahuntur. Ita exponit Papias. Huguitio (*s. v.*
 Fusco) planius dicit sic, «fuscina est instrumentum ferreum,
 5 tridens quo utuntur gladiatores ad capiendum se, piscatores
 ad capiendum pisces, coci ad extrahendas carnes de caldaria
 vel lebetes vel olla. Unde hec fuscinula diminutivum». Vide
 verba Prisciani supra ubi exponitur fiscina (*s. v.* Fiscella).

FUSCUS, ca, cum dicitur niger, subobscurus, a fusco, fuscas,
 quod est obumbrare, obscurare, fuco denigrare. Vide supra
 ubi exponitur fucus.

5 megra D 7 femineas A; crinatas C; effectus ACD 8 ira] ita D
 FURO 1 est] et D 3 et mutuo A 4 furio C 5 enumerat] munerat C
 FURTUM 3 furis *om.* B
 FUSCINA 2 fuscinula] fuscina C 3 caldariis B 4 ferrum B 5 et tri-
 dens BC; ad *om.* B; se *om.* C 6 extrahendaficarnes C, detrahen-
 das D 8 fuscina ABD
 FUSCUS 1 fucus B; subobscurus] sive obscurus B, suboscurus D

FUSILE dicitur quod tantum funditur, sicut e contra ductile dicitur quod tantum malleo producitur.

FUSORIUM dicitur in quo aliquid funditur. Fusorium etiam dicitur opus quod per fusuram fit, et tunc declinatur fusorius, a, um.

FUSUS, sa, sum dicitur fugatus quasi porro iactatus, cum metu iacens, discumbens, prostratus, extentus. Ita dicit Papias.

FUSUS, fusi instrumentum est nendi vel filandi quod alio nomine dicitur pensum quia pendet a collo. Et dicitur fusus a fundo, dis eo quod per eum fundatur quod netum est. Et est masculini generis. Unde Ovidius in *iiii* (220-1) *Methamorphoseon*,

ad lumina cernit
Levia versato ducentem stamina fuso.

Nec credendum est quibusdam qui dicunt hoc fusum. Dicit enim Ovidius in *vi* (22) *Methamorphoseon*,

10 Sive levi teretem versabat pollice fusum.

Item super illud *ii Regum iii* (29), «nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens et leprosus, tenens fusum», «id est effeminatus» dicit Magister in *Historiis* (1327). «Secundum hoc quinque videtur ei imprecari: seminis fluxum et
15 lepram et evirationem et stragem in bello et mendicitatem. Quidam legunt pro uno 'leprosus et tenens fusum', id est breve ventilabrum . . . quod fit de foliis palmarum et volvitur inter digitos instar fusi». Item fusum dicunt aliqui instrumentum ligneum cum duabus vel tribus tabellis quas

FUSILE 1 fundit B 2 mallo C

FUSORIUM 1 funditur vel cum quo funditur C; fusorium *om.* D; etiam] et D 2 quod] quo C; perfusum C; derivatur D

FUSUS (1) 2 ita *om.* A

FUSUS (2) 2 dicitur *om.* B 4 in *iiii om.* D 8 hic fusus C 10 terren-
tem C 12 leprosus B 14 videntur B; ei] enim D 15 evirationem A
18 ad instar B

20 concutiens leprosus per earum strepitum excitat homines ad
benefaciendum sibi. Et nota quod quatuor precedentia no-
mina dicuntur a fundo, dis, quod signat spargere, conterere,
fugare. Ita dicit Hugutio et accipit a Papia. Item a fundo
dicitur hec fusura, scilicet actus fundendi et ponitur pro
25 fusione vel effusione.

FUSTIS dicitur a findo, dis «quasi fissus stans». Ita dicit Hu-
gutio. Papias autem recitat verba Ysidori (v, 27,16) dicens
«fustes sunt quibus iuvenes pro criminibus feriuntur, sic
appellati quia prefixi inferius stent, quos palos rustici vo-
5 cant». Unde videtur quod melius dicatur fustis a figo, figis
quam a findo.

G

GALBANUM, sicut ait Dioscorides, «Lacrima est cuiusdam
herbe similis ferule, que in Nichomedia nascitur et Syria,
cuius optimum quod est mundissimum, et simile amoniacho,
et thuri in colore, grana habens ut fabas . . . Virtus eius ca-
5 lida et ignea. Appositum naribus fumigio, et suppositum
menstruis imperat, abortum facit. Aceto et nitro mixtum
lentiginem tollit. Ut granum fabae glutinum tussim medetur.
De alto cadentium conquassationibus subvenit. Cum mirra
et vino bibitum venenis occurrit. Infantes in utero mortuos
10 acceptum excludit. Impositum dolorem lateris mitigat;
tortiones spargit; epilepticis utiliter adhibetur. Fumigio ser-
pentes excludit. Oleo mixto perunctum vim serpentis non
admittit. Oleo splendido mixtum et a serpentibus comestum
hiisdem infert necem. Dolorem dentium impositum tollit»,
15 etc. Papias dicit quod galbanum «genus est pigmenti et est

20 ut per D; excitet D 23 ita . . . Papia om. C 24-25 pro profu-
sione C 25 vel pro effusione D
FUSTIS 1 fissus] fusus D 3 criminibus] quibus B; feruntur C 4 stant
CD 6 findo dis B
GALBANUM 1 discoriades C 2 nichodemia A 3 amoeniaco AD 4 et
om. AD 5 fumigio C 7 glutinum D; tussi BD 15 papias vero B

- succus ferule». Et hoc ipsum dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,95) ubi agit de herbis aromaticis sive communibus versus finem ubi dicit sic, «Ferula vocata a medulla nam hilum tradit Varro esse ferule medullam quam apodelon
 20 Greci vocant. Nonnulli a feriendo ferulam dicunt. Ad hanc enim pueri et puellae vapulare solent. Huius succus galbanum est». In Historiis (1188) super xxx (34) Exodi dicitur sic, «Galbanum est succus ferule et nascitur in Syria, optimum cartilagosum et minus lignosum, cuius odore fugantur
 25 serpentes» etc. Et dicitur a gala, quod est lac, quia succus est et lac herbe quae ferula dicitur. Et inde hoc galbanum quidam color inde factus. Item hoc galbanum dicitur quaedam vestis galbaneum habens colorem. Nusquam recolo me legisse galbanum in masculino genere nisi in xxiii (21)
 30 Ecclesiastici. Unde dicit Lucanus ix g (916),

Hic ebulum stridet peregrinaque galbana sudant.

GALEA est armatura capitis dicta a galeros, quod est corium. Dicit enim Ysidorus Ethimologiarum xviii (14,1), «Casis de lamina est, galea de corio». Unde scribitur in Grecismo (x, 20-1),

- 5 De tenui factam corio galeam voco mitram.
 De puro calibe cassida dic proprie.

Moderni tamen unum ponunt pro reliquo. Item galea genus est navigii velocissimum. Unde versus differentialis,

Armo caput galea, pelagus percurro galea.

GALLUS, sicut ait Ysidorus in xii (7,50) Ethimologiarum, «a castratione vocatur, quasi castus, inter ceteras enim aves huic soli testiculi adimuntur. Unde veteres abscisos gallos

19 trahit C; medullam] medulla C; opodelon B 20 *post* vocant *add.* C: ferula dicitur quasi ferens hilum est autem hilus sive hilum illud tenue quod est in penna, *in marg.* AD 24 et *om.* B 25-26 lac quia succus est et *om.* C 27-28 galbanum dicitur quidam B 27 hoc *om.* D 28 numquam C 30 ecclesiastici capitulo B; dicit *om.* D
 GALEA 2 xvii CD 7 reliquo] alio B 8 est *om.* C
 GALLUS 3 demuntur B; abscisos C

vocabant. Sicut autem a leone leena, a dracone dracena, ita a
 5 gallo gallina». Gallus autem plura significat que habentur
 per hos versus,

Gallus avis, Gallus populus gallusque sacerdos.

Est Gallus fluvius, qui bibit inde furit.

Galli dicebantur sacerdotes Cibeles molles vel effeminati.
 10 Gallus componitur hic gallicantus et hoc gallicinium, id est
 cantus galli. Et quedam pars noctis sic dicitur a cantu galli.
 Vide supra ubi exponitur crepusculum.

GALLUS GALLINACIUS dicitur qui quasi gallina nutrit pul-
 los, quia mulieres solent ei deplumare ventrem et fricare
 cum urtica. Qui taliter urticatur libentissime cubat super
 pullos et nutrit eos, sicut mater et gracillat sicut gallina.
 5 Gallinacius etiam dicitur capo quasi gallina. Item gallinacii
 dicuntur imbelles et molles et effeminati homines.

GANNIO, gannis, nii vel gannivi, nire proprie vulpium est.
 Et ponitur pro mutire vel arridere. Et quia una vulpes gannit
 contra aliam transfertur ad lecatore. Unde et ganeum di-
 citur locus subterraneus ad ludendum et ad scortandum. Et
 5 hic ganeus dicitur lecator et hec ganea lecatrrix vel meretrrix,
 ganeo luxuriosus.

GARRIO, ris, rivi, rire proprie est avium. Unde Grecismus
 (XIX, 103),

Garrit avis proprie, garrulat ipse loquax.

Et secundum Papiam garrire dicitur murmurare, perstre-
 5 pere, iocari, verbosari, cum hilaritate cantare. Et dicit quod
 garrire et loqui ita distinguuntur. Loquuntur qui recte et

7 gallus *alterum om.* D 9 scibeles B 10 gallicinium gallicinii B;
 id est *om.* B 11 et . . . galli *om.* B

GALLUS GALLINACIUS 1 dicitur capo qui C 2 depilare B 3 urticatus
 BD 4 graculat C; sicut gallina *om.* C

GANNIO 2 nutrire ACD 3 et *om.* D 5 legator B; legatrix B 6 ga-
 neo vero B, ganeo nis C

GARRIO 4 dicitur *om.* C 5 iocari] loquari B; quod *om.* B

temperate dicunt, garrit autem qui aut multa dicit aut sordide loquitur.

GAZA lingua Persarum dicitur thesaurus, pecunia, opes vel divitiae. Unde dicitur Gaza oppidum Palestine quia ibi Cambises, rex Persarum, posuit thesaurum suum cum bellum Egyptiis intulisset. Ita exponit Papias.

GAZOPHILACIUM dicitur archa vel locus ubi ponitur pecunia ad servandum, et dicitur a gaza, quod est pecunia et philaxe, quod est servare. Philaxe grecum est. Et dicit Papias, gazophilacia in Ezechiele (40,45) cellule parve sunt ubi
 5 thesauri reconduntur. In vetere vero translatione pro gazophilacia pastoforia habent. Et postea dicit, gazophilacia idem est quod exedre. In Historiis (1502) super Evangelium dicitur quod gazophilacium «erat archa desuper foramen habens, posita ad dexteram ingredientibus circa altare, in qua
 10 tebatur pecunia offerentium ad sartatecta templi reparanda et servabatur». Vide supra ubi exponitur corbanan et distinguere significationes secundum loca sua.

GELU dicitur a ge, quod est terra, et ligo, ligas eo quod terram liget et stringat. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (10,7-8) quod «Tunc maiori gelu stringitur terra cum nox fuerit serena». Et differt gelu a pruina. «Pruina enim est
 5 matutini temporis frigus, que inde nomen accepit quia, sicut ignis, urit; pir enim ignis dicitur. Urere autem et ad frigus et ad solem pertinet, nam uno sermone duo diversa significantur pro eo quod unum effectum habent. Similis enim vis est et caloris et frigoris, unde et utraque saxa rumpunt».

7 aut nimis multa B

GAZOPHILACIUM 1 archa trinus B 3 filaxe enim grecum B; [et] ut C 4 parvule B 5 re conduntur D; veteri BD 6 et om. C; postea] preterea C 7 in historiis autem B; supra AD 10 temperanda A 11 et ibi servabatur B

GELU 2 liget induret et stringat B 3 zelu C 4 serena] cerena C 4 enim] vero B 5 que] et B, pruina autem C 8 pro om. A; effectum] officium A, effcium C

10 Bruma etiam dicitur matutinale frigus a brachos, quod est breve, quia breviter durat. Item totum tempus hiemale dicitur bruma propter brevitatem dierum. Vel dicitur a bromin, quod est comedere vel consumere. Grecismus (xii, 374-5),

unda gelu, bruma gelida riget arbor,

15 Per campi plana diffunditur alba pruina.

GEMMA, quasi gumma, dicitur a gummi «quia ad instar gummi transluceat». Ita dicit Ysidorus in xvi (6,2) *Ethimologiarum*. Est autem gummi lacrima arborum quia quasi gutta defluit et postmodum induratur in gummi.

GENA dicitur a genos, quod est barba, quia inde incipiat gigni barba. «Gene autem sunt inferiores oculorum partes unde barbe inchoant». Verba sunt Ysidori *Ethimologiarum* xi (1,43).

GENEALOGIA dicitur sententia vel sermo de genere vel linea generationis, sicut in principio Matthei. Et componitur a genesis, quod est natura vel generatio, et logos, quod est sermo vel ratio, quasi sermo de genesi.

GEHENNA, sicut dicit Ysidorus *Ethimologiarum* xiii g (9, 9), «locus est ignis et sulphuris quam appellari putant a valle idolis consecrata que est iuxta muros Ierusalem, repleta olim cadaveribus mortuorum, ibi enim Hebrei filios immo-
5 labant demoniis; et appellatur locus ille Gehennon», id est vallis filiorum Ennon. Et est duplex Gehenna, ignis et frigoris. Vide expositionem Ieronimi (*Interpr. heb. nom. p.* 136) super illud Evangelii (*Lc.* 12,2), «nichil opertum quod non reveletur» etc. quod legitur de uno martyre. Dicitur
10 autem Gehenna a ge, quod est terra, et enos, quod est pro-

10 dicitur *om.* C; braco D 14 unda *om.* D 15 alba] alta C
GEMMA 1 quasi] id est A 2 in *om.* B 4 indurat D; *post* gummi *add.*
B: et dicitur hoc gummi nomen scilicet indeclinabile
GENA 2 sunt *om.* C 3 barbe] gene O
GENEALOGIA 1 lignea D 2 sicut est in BC 4 genere B
GEHENNA 4 olim *om.* C 5 demonibus B 6 et est autem duplex C
7 ieronimi *om.* D

fundum, quia est in profundo terre. Unde in Grecismo (ix, 264-5) scribitur,

Ennos significat habitare, capramque, profundum:
Ennosigeus et ennoicus probat atque Gehenna.

- 15 Ennosigeus dicitur ab ennos, quod est habitare, et Sigeum, quod est promuntorium quoddam, quasi habitator Sigei. Sic etiam appellabatur Neptunus quia ibi habebat templum. Vel dicitur Ennosigeus ab ennos, ut dictum est, et sige, quod est silentium, vel sicche, quod est profundum, propter silen-
20 tium quod est in profundo maris vel propter profunditatem maris cui preerat Neptunus. Ennoicus dicitur custos caprarum, ab ennos, quod est capra, et custos, dis.

GENER, generi dicitur ille qui filiam ducit. Et dicitur a genere eo quod asciscatur ad augendum genus. Vide supra ubi exponitur frater.

GENERARE et gignere differunt, sicut patet per hunc versum,

Femina sola parit, generat vir, gignit uterque.

GENESIS interpretatur natura vel generatio. Unde genesis dicitur quidam liber in quo exordium mundi et generatio seculi commendatur. Et declinatur hec genesis, huius genesis vel geneseos.

GENIMEN dicitur germen vel generatio. Et dicitur a gigno, gignis et corripit penultimam.

GENS «est multitudo ab uno principio orta sive ab alia natione secundum propriam collectionem distincta, ut Grecie

14 *Totum versum om.* B 15 sygenum B 16 promuntorium C; quoddam secundum ysidorum eth xiv quasi C 18 ennosigeus ab *om.* B 19 sicche] sicle A, sige C 20 in *om.* D; vel propter profunditatem *om.* A

GENER 1 generi *om.* C

GENERARE 2 *Post* uterque *add.* B: gignit pro generat sumitur improprie
GENESIS 1 natura soboles vel B 4 *Post* geneseos *add.* B: unde in doctrinali scribitur dat genesis quintum similem sibi dat genitivum is vel eos tenet im quartus reliquique dabunt i

GENIMEN 2 corripitur penultima C

et Asie. Hinc et gentilitas dicitur. Gens autem appellata propter generationes familiarum, id est a gignendo, sicut
 5 natio a nascendo». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum ix a (2,1).

GERMANUS dicitur de eadem genitrice manans. Vide supra ubi exponitur frater. Versus differentiales de Grecismo (ix, 178-80),

Germanos dicas qui sunt ex germine matris
 5 Et patris eiusdem, frater nomen generale,
 Pro consobrino fratrem dicas aliquando.

GERMEN a gignendo dicitur, scilicet «surculus pregnans vel botrio qui exit a ramo vel a radice increscendo, id est initium floris. Et dicitur germen semen. Et secundum hoc dicitur a gero, geris». Ita dicit Hugutio (*s. v. Ge*) et sumit ab Ysidori
 5 Ethimologiarum xvii (6,22). Et a germine dicitur germino, nas, id est germen emittere, producere, gignere, creare vel generare. Unde germen potest dici quelibet herba que germinatur.

GERULA dicitur «nutrix, portatrix». Et gerulus dicitur «baiulus, portitor» aut suasor negotii. Ita exponit Papias. Et dicitur a gero, geris.

GESTATORIUM dicitur illud in quo aliquid portatur. Et gestatorius, ria, rium ad gestationem pertinens. Et dicitur gestatorium a gesto, tas quod est frequentativum huius verbi gero, geris. Invenitur etiam hoc gestorium in eadem signi-
 5 ficatione. Et tunc descendit a gero, geris.

GESTUS, ta, tum, id est factus, portatus, a gero, is, quod est facere vel ferre vel sustinere. Tamen Papias ponit alias si-

GENS 4 id est *om.* D 5 natio] nascio C; ix] xx D
 GERMANUS 4 ex] de A 5 et] est ABD; fratris ABD
 GERMEN 2 botro AD; a *alterum om.* B; nigrescendo ABD 4 ysidoro C
 GERULA 2 portator A
 GESTATORIUM 1 illud] aliquid C

gnificationes dicens, gerere explicare, demonstrare, explanare, dicere, expedire, disponere, terminare, administrare, exercere. Item dicit quod gerere et ferre ita distinguuntur. «Gerimus nostra, veluti naturas aliquas que in nobis sunt; ferimus vero impositum nobis, velut honus». Item invenitur hoc gestum pro actu et hic gestus, tus, tui, id est motus sive actus et agitatio corporis. Et inde dicitur gestio, gestis, tivi, 10 tire, id est cupere, gestus facere, scilicet diversis modis agitari.

GIBBUS, gibbi dicitur struma. Et, sicut dicit Huguitio, struma est «in pectore, gibbus est in dorso». Et inde dicitur gibbosus, a, um. Dicitur etiam hic gibber, gibbri, id est gibbus, et inde gibrosus, a, um. Unde sic scribitur in Grecismo 5 (IX, 112-14),

In dorso gibbus, in pectore gibber habetur,
Primus gibbosus, gibbosus eritque secundus,
Pectore struma tumet, sed gibbo terga premuntur.

GIGAS dicitur quasi terre genus vel a terra genitus. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (3, 13-14), «Gigantes dictos iuxta greci sermonis ethimologiam quia eos gegenes existimant, id est terrigenas eo quod eos fabulose parens terra 5 immensa mole et similes sibi genuerit. Ge enim terra nominatur, genis genus; licet terre filios vulgus vocet quorum genus incertum est. Falso autem opinantur quidam imperiti de scripturis sanctis prevaricatores angelos cum filiabus hominum ante diluvium concubuisse et exinde natos gigantes, id est nimium grandes et fortes viros, de quibus terra impleta est». Hucusque sunt verba Ysidori. Et dicit Hu-

GESTUS 5 item] infra A, ita D 6 aliquas *om.* C; in *om.* D 7 ferimus . . . nobis *om.* C; imposita A; veluti C 8 hoc gestum] hec gestio C; hec gestus C 8-9 sive actus] actusve A 9 et inde] unde D; tivi] gestui D

GIBBUS 2 dorso] tergo B 3 gibbri] gibbi A 4 et inde] unde C; sic *om.* C 8 struma tumet] strumatum C

GIGAS 3 gegenes A, gegenos C 4 id est] scilicet C; frigenas A 5 mole] prole C 10 nimium B

guitio (s. v. Ge) quod declinatur hic et hec gigas, huius gigantis, et cum eo sentio. Unde repudiandum credo illum versiculum Doctrinalis (615), scilicet,

15 hic abbas pone, boreas primasque gigasque.

Et a gigante dicitur hec gigantomachia, id est pugna gigantium.

GIGNASIUM dicitur «generalis exercitiorum locus. Tamen apud Athenas erat locus ubi discebatur philosophia et sapientie exercebatur studium, nam gignasium grece vocatur quod latine exercitium dicitur. Hoc est meditatio. Sed et
5 balnea et loca cursorum et athletarum gignasia sunt eo quod illic homines in sue artis studio exercitentur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (2,30). Idem in xviii (17,1), «gignasium dicitur ubi exercentur athlete et cursorum velocitas comprobatur. Hinc accidit ut omnium prope artium
10 exercitia gignasia dicantur». Et dicitur a gignos, quod est nudus, «quia iuvenes nudi exercentur in campo ubi sola verecunda operiuntur». Item a gignos dicitur hec gignas, gignandis, id est pugna, lucta, cursus quia nudi exercebantur in talibus. Gignasium dicebantur scole in quibus Iudei
15 docebantur ritus gentilium i Machabeorum i (15).

GIRUS, giri secundum Papiam dicitur «circulus, corona, circumdatio». Girum etiam dicit labium vel terminum. Unde giro, giras, id est in girum volvere, circumdare, circumire.

GITH «genus est leguminis simile cimino in quantitate sed nigri coloris et in pane spargitur» dulcorando. Ita dicit glosa xxviii (25) Isaie. Alio nomine nigella dicitur.

GLADIUS dicitur quasi guladius, id est gulam dividens. Di-

GIGNASIUM 2 dicebatur BC 3 exercebatur C 4 dicitur *om.* C; et
om. B 6 exercentur C 9 probatur C; proprie D 11 solum B
15 gentilium *om.* D

GIRUS 3 in *om.* B; circuire B

GITH 3 alio vero nomine B

cit enim Ysidorus Ethimologiarum xviii (6,1-2), « Gladius generaliter dicitur ensis in prelio, sed ensis ferrum tantum, gladius vero totus. Proprie autem appellatur gladius quia
 5 gulam dividit, id est cervicem secat. Ad hoc enim primum est factus; cetera namque membra securibus magis ceduntur, collum gladio tantum. Acies autem gladii est ab acumine dicta. Capulus vocatus vel quia caput est gladii vel quia ibi capitur ut teneatur . . . Mucro non tantum gladii est, sed
 10 cuiuscumque teli acumen, dictus autem a longitudine. Nam macron Greci longum vocant, unde machera dicitur gladius longus ex utraque parte acutus ». Nota versus de Grecismo (IX, 304-5),

Mucro pedem, gladius medium, totum tenet ensis,
 15 Mulcet hic, ille secat, dividit ille gulam.

Huius tamen proprietates sepius ab auctoribus confunduntur.

GLAREA dicitur argilla, terra glutinosa vel lapilli minutissimi fluminum quos aqua trahit defluens. Ita dicit Papias. Et in ista ultima acceptione ponitur glarea Iob xxi g (33).

GLOBUS, sicut ait Papias, dicitur rotundus acervus aut volumen aut augmentum. Et nota quod dicitur hic glomus, glomi et hoc glomus, glomeris in eadem significatione, scilicet pro coadunatione et glomeratione filorum. Globus vero
 5 globi dicitur coacervatio aliarum rerum. Unde Grecismus (XII, 197-9),

GLADIUS 3 ferra C 4 quia] qui B 7 est *om.* BC 8 quia *primum*] quod ABD; quia *alterum*] quod AB 10 autem *om.* B 11 hic machera B, hec machera C 12 longus *om.* BD; grecismo differentiales B 16 tamen] autem B

GLAREA 3 in ista *om.* B; acceptione] significatione C

In marg. fol. 68 add. D: glaucus dicitur albus splendidus subniger rubeus flavus viridis et quod glaucus dicitur albus vel splendidus vel flavus tractus est a greco quod glaucus dicitur viridis vel subniger tractum est a glauco deo maris nam color maris viridis et subniger est secundum secundam significationem dicuntur oculi glauci id est splendidi habent enim candorem admixtum virori

GLOBUS 3 hoc] hic BD 4 coadiuvatione D

Hic glomus hocve glomus fili glomeratio fertur,
Tertia respondet reliquo, primoque secunda,
Hoc nomenque globus aliis poteris dare rebus.

GLUTEN, glutinis est terra tenax, utilis ad compages navium et aliorum vasorum, quod et bitumen dicitur. Et hoc glutinum et hoc glutinarium, idem quod glutinum, quicquid coniungit, scilicet viscum. Proprie tamen est illud tenax
5 quod fit de glutine ad aliquid liniendum. Ita dicit Hugutio. Et inde dicitur glutino, nas, id est adiungere vel alligare.

GLUTIO, tis, tii vel tivi, tire dicitur haurire, vorare et absorbere, comedere. Et dicitur a gula. Unde hic et hec gluto, id est gulosus.

GNARUS, gnara, gnarum dicitur sciens, cautus, consideratus, cordatus, circumspectus, peritus, sollers. Ita dicit Papias.

GOMOR, sicut ait Ysidorus in xvi (26,17) Ethimologiarum, «xv modiorum onus appendet». In Historiis (1160) autem dicitur sic, gomor «quod Iosephus assarium vocat, decima pars est ephi». Item in glosa Exodi xvi e (18) dicitur sic,
5 gomor est «mensura v sextariorum quam Iosephus assarium vocat». Alibi mensura trium modiorum.

GRABATUM, sicut ait Magister in Historiis (1579), «lectus est pauperum ubi aliquid capiti substratum est, dictum a graba, quod est caput». Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (11,2), Grecum nomen est. Versus (v. 1 *Nequam*
5 fol. 128,3; v. 2 *Brito Metricus* 781),

9 nomen globusque C; globus] glomus A; aliis] altis B

GLUTEN 3 idem est quod C 5 glutine] glutino B

GLUTIO 1 haurire om. C; et om. C 2 ut et hic gluto A, unde et hic gluto B, unde hic gluto D 3 id est om. C

In marg. fol. 70 add. D: gnosis dicitur scientia unde gnosticus ca cum id est sciens hinc quidam heretici propter excellentiam scientie se gnosticos appellare voluerunt

GOMOR 1 dicit A 4 xvi g C

GRABATUM 2 subtractum BC 3 graban D

Disce graba signare caput, venit inde grabatum,
Quod soleas in eo caput inclinare gravatum.

Item alii versus (*Brito Metricus* 782-3 +),

10 Mendici stratum proprie dic esse grabatum
Quo quid substratum recipit caput appodiatum.
Pro gremio grabatum dici solet abbreviatum
Quod reor auctorum nullum posuisse priorum,

vel proborum.

GRADUS improprie ponitur i Regum xx a (3) ubi dicitur
«uno tantum, ut ita dicam, gradu ego et mors dividimur».
«Gradum enim dixit ibi David parietem domus sue, quo
interposito evaserat manus apparitorum. Hebreus habet 'uno
5 tantum passu' et est sensus 'minimum intervallum fuit inter
me et mortem'». Ita scribitur in Historiis (1314).

GRANDO dicitur a grano eo quod «similitudinem granorum
habeat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (10,5).
Quod autem dicitur grando quasi grandis data, ethimologia
est.

GRATIA sit Cristo, grates referantur amico (*Grec.* x, 170).

GRATIS adverbium qualitatis, id est sponte, sine causa, sine
remuneratione.

GRATUITE et gratuito idem. Gratuitus, ta, tum, id est gratis,
datus et habitus.

6 grabe B 7 ea C 10 subtractum BC 13 vel proborum om. B
GRADUS 1 non proprie C; ponitur om. B 3 David om. B 4 evalerat C
5 minimum] unum C 6 et ita D

GRANDO 1 grano] graneo D

In marg. fol. 70 add. D: grassor grassaris id est invadere perpetrare
latrocinari predari impugnare proprie grassari est crudeliter agere
et dicitur sic ab impetu gradiendi ut dicatur grassari quasi cum
impetu gradi ad crudeliter agendum unde hic grassator grassatoris
qui crudeliter agit scilicet latro predator seviens crudeliter homicida

GRATIA referamus C

GRATIS 1 adverbium est B, est adverbium C

GRATUITE 1 id est gratus gratis A

GRATUS, ta, tum dicitur gratiam servans, graciosus, acceptabilis vel acceptus, placitus, memor beneficii, comprobatus, iocundus, delectabilis.

GRIPHES est «animal pennatum et quadrupes. Hoc genus ferarum in Yperboreis nascitur montibus. Omni parte corporis leones sunt, alis et facie aquilis similes, equis vehementer infesti. Et vivos homines decerpunt». Verba sunt Ysidori
 5 Ethimologiarum xii (2,17). Et, sicut ait Huguitio, declinatur hic griphes, phis; qui dicit quod adeo infestat equos quod equitem armatum in sublime rapiat. Alii declinant secundum Grecos hec griphe, huius griphes, et hoc videtur velle glosa Deuteronomii xiiii (12) ubi dicitur, «Griphem que est qua-
 10 drupes capite et alis aquile similis, reliquo corpore leoni. Et habitat in Yperboreis montibus, equis infensa multum et hominibus».

GROSSI dicuntur ficus immature et inhabiles ad edendum. Et proprie sic dicuntur primitive ficus que ad pulsum venti facile cadunt. Et declinatur hic grossus, grossi.

GURGES, gitis masculini generis «locus est altus sive profundus in flumine». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xiii (21,5). Et dicitur gurgis a gutture quia gurgis est quasi guttur fluminis. Papias dicit quod «gurgis est locus verticu-
 5 losus in flumine», altus, profundus, vorago, fossa, lacuna, baratrum.

GURGUSTIUM dicitur quasi gurgites gustans. Et est vas vineum in quo pisces reservantur. Sic etiam rete piscatorium

GRATUS 2 vel acceptus *om.* B; placidus BC 3 delectabilis et iocundus B
 GRIPHES 1 hoc autem genus B 3 similis C 3-4 vehementibus vehementerque B 5 xvi D 6 huius phis A; equos] eos C 7 armatum cum equo BC; in *om.* D 9 griphen B 11 yperboris C; infensa infesta B, *corr.* A, infestans C

GROSSI 1 habiles C 3 huius grossi A

GURGES 5 lacuna] lascivia A

GURGUSTIUM 1 gurgustrum A, gurgustuum B; gurgitis B 2 in *om.* B; etiam] et B

nuncupatur. Sed Papias dicit quod gurgustium dicitur guttur (s. v. Gurgustiolum), «antrum, secretum, angustum»,
 5 (s. v. Gurgustia) «locus tabernarum tenebrosus ubi convivia fiunt turpia», (s. v. Gurgustium) «cella modica vel domus pauperis».

GUTTA dicitur quasi glutinosa a glutine. Et est differentia inter guttam et stillam. Unde Ysidorus Ethimologiarum xiii (20,5), «Gutta est que stat, stilla que cadit. Hinc stillicidium quasi stilla cadens. Stiria enim grece dicitur gutta. Inde di-
 5 citur stilla diminutivum . . . dum autem stat aut pendet de tectis vel arboribus, quasi glutinosa gutta est; dum ceciderit stilla est». Item gutta quedam infirmitas est. Item gutta quedam species aromatica dicitur, de qua dicit glosa Ecclesiastici xxiii (21), «Gutta que amonica dicitur, lacrimas stillat
 10 in harenis, cuius duo genera sunt: straton, quod masculini generis est, thuris similitudinem habet et maxime probatur; et pirama, quod pingue est et harenosum, adulteratur enim cum harenis velut nascendo, apprehensis glebis tamen minimis et purissimis probatur. Gutta vero curat quaslibet du-
 15 ritias».

H

HABENA dicitur lorum sive retinaculum freni. Et dicitur ab habendo quia per eam habemus, id est retinemus, equum. Et dicit Papias quod habene dicuntur funes navium.

HABILIS dicitur ad habendum aptus et commodus, opportunus, congruus. Et dicitur ab habeo, habes.

HABITUS, tus, tui dicitur vestimentum, sicut est habitus monachalis. Item habitus dicitur status vel voluntas vel appetitus vel actus sive passio habendi.

3 gurgustrum A

GUTTA 1 glutine] glutino C 6 tectis vel om. C; gultinosa C 9 xxx B; aromatica A 11 generis est] generis exp. B, om. D 13 habenis A; velut] veluti C 13-14 minimis] numis D

HAMUS dicitur ferrum recurvum cum quo capiuntur pisces et etiam macula lorice. Macule sive hami appellantur anuli vel circuli illi quibus contextitur lorica. Et in istis duabus significationibus hamus producit primam sillabam. Item
 5 hamus dicitur asser cum clavis qui subtegitur in terra in vineis vel sub arboribus defendendis vel in domo circa scrinia vel thesauros ut, si aliquando fur ingrediatur, eius pedibus infigatur. Et tunc corripitur prima sillaba. Iuvenalis (14, 305-6),

10 Dispositis predives hamis vigilare cohortem
 Servorum noctu Licinus iubet.

Et ab hamo dicitur hamatus, ta, tum, id est curvatus ad modum hami vel uncinis circumdatus vel squamis contextus vel hamo infixus. Item hamatus dicitur concatenatus et ha-
 15 mis contextus. Unde lorica dicitur hamata, id est hamis vel maculis contexta vel concatenata.

HAMULAS dicunt quidam esse fuscinulas de auricalco. Unde dicit Alexander Nequam (*fol.* 114^v, 2),

Quod dat fuscinula notat hamula datque tridentem.

Ego credo quod hamula cum aspiratione nichil est. Unde
 5 iii Regum vii f (40), «Fecit quoque Hiram lebetes et scutras et amulas», glosa lebetes «ollas eneas ad suscipiendos cineres altaris; scutras, id est vasa erea, equalis in fundo et in ore amplitudinis, ad calefaciendum; amulas vasa ad offerenda vina». Vide supra ubi exponitur amula.

HARUNDO dicitur canna vel calamus. Tamen quidam dicunt quod proprie folium dependens dicitur. Harundo ab arendo quia cito aret, et sepe ponitur pro canna. Vide supra ubi exponitur arundo sine h.

HUMUS 1 ferrum] frenam C 4 primam] penultimam C 5 que B; in alterum] cum B 5-6 vinea A 10 depositis AD; iugulare D 12 et om. C 14 vel hamo infixus om. B 15 unde et lorica B 15-16 hamis contexta vel maculis et concatenata B
 HAMULAS 3 vocat C 6 ollas] collas C; ereas B 7 equalia AD 8 amulas id est vasa C 9 amula] aquila A

HASTA «contus est cum ferro», sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (7,1) et dicitur ab astu, quod est calliditas, quia callidum et astutum vult habere dominum. Unde hoc hastile diminutivum secundum Ysidorum. Et ponitur pro
 5 ligno lancee et pro parte candelabri a stipite directe procedente.

HEBES, etis secundum Papiam dicitur «stupidus, obtusus, stultus». Item dicitur «piger, tardus, iners» secundum Hu-
 guitionem (s. v. Hebeo). Et dicitur ab hebeo, hebes, quod
 est «stupere, tardare, pigrere, obtundi, obcecari, obscurari».
 5 Unde hec hebitudo non hebetudo, ut quidam dicunt et male, quod est «pigritia, fatuitas, obtusio, tarditas». Item ab hebeo «hebeo, tas, id est suffocare, obscurare, obcecari, obtundere, hebetem facere». Unde hebetatus, hebetata, tum. Et nota quod Priscianus in uno loco (v,24) ponit hoc nomen
 10 hebes esse omnis generis, in alio (v, 55) communis. Et forte hoc movit auctorem Doctrinalis (620-3) ad scribendum sic,

Que duo dant signes, ut miles equesque, superstes,
 Dives, hebes, sospes, prepes, teres et comes, hospes,
 15 Inquires, antistes, ales; dic per tria deses.
 Istorum multa neutris legimus sociata.

HEBENINUS, na, num de hebeno existens. Est autem hebenus arbor quedam que «in India et Ethiopia nascitur que cesa durescit in lapidem, cuius lignum nigrum est et cortex eius levis ut lauri. Sed Indicum maculosum est in parvulis
 5 distinctionibus albis et fulvis. Ethiopicum vero, quod prestantius accipitur, in nullo est maculatum, sed est nigrum, leve et corneum. Est autem Mareotica palus in India unde hebenus venit . . . Hebenus autem crepundiis illigatur ut

HASTA 2 asta B 3 hoc om. C

HEBES 5 unde] et B 7 hebeo om. C; tas dicitur id est C 9 uno] hoc C
 12 sic om. B

HEBENINUS 2 quedam om. B 3 cesa C 7 leve om. B 8 venit om. C;
 crepundiis id est cunis CD

infantes visu nigra non terreant». Verba sunt Ysidori Ethi-
10 mologiarum xvii (7,36).

HEBREI dicuntur ab Heber secundum Iosephum et Ysido-
rum qui dicit in ix (2,5) Ethimologiarum, «Heber nepos
Arphaxat filii Sem . . . a quo Hebrei». Et bene dicit quod
fuit nepos Arphaxat quia Genesis xi (10,22-4) legitur quod
5 Sem genuit Arphaxat qui genuit Sale, Sale autem genuit
Heber. Augustinus tamen dicit «merito queritur utrum ab
Heber dicti sunt Hebrei vel ab Abraham quasi Abrahei».

HECTECHA, hecteche dicitur solarium. Unde dicit Papias
«hectechas Rome appellant solaria de cenaculorum parietibus
eminentia sive meniana ab eo qui ea primus invenit». Ista
autem verba sumuntur de glosa Ieronimi super Ezechielem
5 xli capitulo (15-16).

HELCHESSEUS dictus Naum a viculo quodam in Galilea de
quo natus erat qui sic dicebatur, «licet quidam Helcheseum
patrem Naum et prophetam fuisse putaverunt». Ita dicit
glosa Naum 1 (1).

HELI, heli lamaza batani exponit Evangelista (*Mr.* 15,34)
dicens, «Deus meus, deus meus, ut quid me dereliqui-
sti?»

HEREO, heres, hesi, herere, hesum, hesu tria significat, sci-
licet inniti, dubitare, et morari sive manere.

HEREMUS, mi corripit mediam sillabam. Et dicitur per con-

9 teneant C 10 *Post xvii add. AC in textu, in marg.* D: crepun-
dium dicitur cunabulum a crepando dictum quasi crepandum quia
puer ibi vagiendo crepat id est sonat
HEBREI 1-2 et secundum ysidorum BC 3 dixit A 4 *genesis C 6 tam-*
men] autem B 6-7 Haec verba Augustino non attribuuntur in glosa
sed cf. De civ. dei XVI, 11 7 abriei C
HECTECHA 5 capitulo] apostolo D
HELCHESSEUS 1 dictus est BC
HELI 2 deus meus *semel C*
HEREMUS 1 corripit . . . et *om. B, in marg. D*

trarium ab hereo, heres, quod est morari vel manere quia pauci vel nulli ibi morentur aut maneant, scilicet solitudo vel desertum. Vel dicitur heremus a removeo, es quia est
 5 remota ab aspectu hominum. Et secundum Papiam heremus et desertum ita distinguuntur: heremus est in via solitudo «ubi numquam habitatum est; desertum aliquando habitatum et desolatum est». Et est heremus feminini generis. Unde hic et hec heremita. Et dicit Papias, «heremite sunt hii
 10 qui et anachorite, ab hominum aspectu semoti», heremum et desertas solitudines appetentes.

HERNIOSUS, sa, sum dicitur ruptus, cui scilicet intestina in folliculos testiculorum descendunt. Et dicitur ab hernia, quod est tumor et defluxio intestinorum in mentulam.

HERESIS dicitur divisio ab unitate fidei et est grecum et interpretatur divisio. Aliqui tamen dicunt quod dicitur ab hereo, es, quod est dubitare. Unde Papias, heresis doctrina vel secta ab herendo dicta. Item heresis grece, electio latine
 5 quia unusquisque eligit sibi quod melius sibi videtur esse. Unde hereticus, ca, cum. Et secundum Papiam heretici sunt «qui de deo vel de creatura sive de Christo vel ecclesia prava sentiunt ac deinde conceptam novi erroris perfidiam pertinaci pravitate defendunt».

HERODIUS «rapacissima avis est, omnium volatiliū maior, qui aquilam vincit». Ita dicit glosa super illud Psalmi

3 vel] aut BC 4 heremus mi B 5 *post* hominum *add.* B: et secundum papiam heremus corripit mediam sillabam 7 desertum ubi BC 8 femini D 10 conspectu C

In marg. fol. 71^v add. D: hermafroditus vel hermafrodita dicitur qui utrunque sexum habet et dicitur ab herma quod est masculus apud grecos et frodi quod est femina et quia talis homo nec vir nec mulier videtur et utrunque videtur ideo quadam similitudine hermafroditus dicitur castratus qui nec vir nec mulier videtur

HERNIOSUS 2 hernica C

HERESIS 2 alii C 4 idem ACD 5 sibi *om.* B 7 *de alterum om.* C 8 *deinde*] inde C; *concepta* A

HERODIUS 1 rapidissima B; volatiliū C

(103,17), «herodii domus dux est eorum». Alia littera «fulice domus» de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (7,53),
 5 «Fulica dicta quia caro eius leporinam sapiat, lagos enim lepus dicitur, unde et apud Grecos lagos vocatur. Est autem avis stagnensis, habens nidum in medio aque vel in petris quas aque circumdant, maritimoque semper delectatur profundo. Que dum tempestatem presenserit fugiens in vado
 10 ludit». Deuteronomii xiiii (9-16) super illum locum «hec comedetis . . . accipitrem iuxta genus suum, herodium» etc. dicit interlinearis, « vulgo girfalco dicitur, aquilam rapit». Herodion, herodionis idem est quod herodius.

HIAS, hiadis dicitur quoddam signum celeste, et quelibet stella illius signi potest dici hias. Et dicitur ab hietos grece, quod est pluvia latine, quia in ortu suo pluvias efficit. «Unde», sicut dicit Ysidorus in iii (71,12) Ethimologiarum,
 5 «stellas illas Latini situlas appellaverunt quia quando nascuntur pluviarum signa monstrantur. De quibus dicitur in tertio Eneidos (516),

Arturum pluviasque Hiadas geminosque Triones.

Sunt autem stelle in fronte Tauri et oriuntur tempore vernali. Verba sunt Ysidori. Vide supra ubi exponitur arturus.

HIO, hias dicitur os aperire et est tractum a feris quarum aviditas oris apertione monstratur. Unde et quandoque ponitur pro desiderare, quandoque pro deficere et tunc tractum est a canibus qui quando deficiunt hiant. Ponitur etiam pro
 5 fatigari et pro rumpi vel scindi vel aperiri quaecumque res sit.

4 xiii A 5 fulca C; quia] quod BC 6 lepus] lepos C 7 stagnensis A 8 semper om. BC 10 in deutro C; hec autem BCD
 11 comedens B 12 dicit autem B 12-13 capit B
 HIAS 2 et dicitur om. D; hietos] heidos C 4 facit A; in om. D; iiii C
 9 vii stelle B
 In marg. fol. 72 add. D: hic pronomen adverbium loci adverbium
 producit pronomen corripit hic et hec et hoc loco articulorum
 ponuntur in declinatione nam in oratione sunt pronomina
 HIO 2 oris ad apertionem A, ab oris apertione B, oris adapertionem D
 3 considerare BC 4 quandoque A; hiare A

Unde hic hiatus, id est scissura, apertio terre calore solis. Item ab hio hisco, hiscis inchoativum et debet facere hiasco, sed propter vitandum hiatus facit hisco.

HIBERNUS, na, num ab hieme dicitur. Et ethimologizatur hibernum quasi hieme vernum, hibernum enim tempus est inter hiemem et ver. Unde hic et hec hibernalis et hoc hibernale idem quod hibernum. Item hoc hibernum et hoc hibernaculum dicitur domus in qua hiemamus in expeditione. Et hiberno, nas idem quod hiemare vel in hibernis morari.

HIEMPS dicitur ab emis, quod est dimidium, quia vulgus dividit annum in estatem et hiemem, large appellans hiemem anni medietatem. Vel dicitur ab emis, quod est dimidium, quia tunc breviori et diminuto usque ad medietatem vel ultra sol vertitur circulo. Unde hiemo, mas in hieme demorari vel tempestate, more hiemis sevir.

HYMPNUS est laus dei cum cantico facta. Unde dicit Ysidorus in vi (19,17) Ethimologiarum, «Hymnpus est canticum laudantium, quod de greco in latinum laus interpretatur pro eo quod sit carmen letitiae et laudis. Proprie autem hypnii sunt continentes laudem dei. Si ergo sit laus et non sit dei non est hymnpus. Item si sit laus dei et non cantatur non est hymnpus. Si ergo in laudem dei dicitur et cantatur tunc est hymnpus. Cui contrarium est trenum, quod est carmen lamenti et funeris». Hymnpus aspirat primam sillabam secundum Papiam, Ysidorum et Huguitionem.

HIN genus est mesure que dicitur sextarius.

7 deberet ABD 8 Post hisco add. C: versus (Doctr. 1067) sed dices hisco cum regula format hiasco

HIBERNUS 4 idem est B; item] id est C 5 hiemanis C 6 idem est B
HIEMPS 1 hiemis C; quia om. A 5 circulo] articulo D; in hieme om. C
HYMPNUS 1 facta om. BC 3 quod] quia C 4 et proprie autem AD
5 ergo] vero A 8 est alterum om. C; terrenum A 9 lamenti ut
funeris AD 10 papiam om. D

HIN sextarium D

HINNIO, hinnis proprium equorum est. Unde hic hinnitus dicitur clamor equorum.

HINNULUS, hinnuli dicitur fetus cervae vel capree. Unde Ysidorus in xii (1,21) Ethimologiarum, «Hinnuli filii sunt cervorum ab hinniendo dicti».

HYRUNDO quasi aerundo dicitur quedam avis quia per aerem eundo pascitur. Unde dicit Ysidorus in xii (7,70) Ethimologiarum, «Hyrundo dicta eo quod cibos non sumit residens, sed in aere capit escas et edit, garrula avis et per tortuosos orbes et flexuosos circuitus pervolans et in nidis construendis educandisque fetibus sollertissima, habens etiam quiddam prescium, quod lapsura deserat nec appetat culmina. Aliis quoque diris avibus non impetitur nec umquam preda est. Maria transvolans, ibique in hieme commoratur».

HIRCUS est «lascivum animal petulcum et fervens semper ad coitum, cuius oculi ad libidinem in transversum aspi-ciunt, unde et nomen traxit. Nam hirci sunt oculorum anguli secundum Suetonium; cuius natura adeo calidissima est ut
5 adamantem lapidem, quem nec ignis nec ferri domare potest materia, solus huius cruor dissolvat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (1,14). Item dicit Plinius (*in Huguitione* s. v. Hyrcus) hircos esse ita libidinosos ut indignantur si viderint aliquos coeuntes et in eos impetum faciant. Unde
10 hirquitallus dicitur puer libidinosus et lascivus, ut hircus, qui ex nimia lascivia oculos retorquet per angulos. Et hic

HINNIO 1 hymnio D 2 dicitur om. B; clamorem B

HINNULUS 2 in om. C

HYRUNDO 1-2 a erundo D 2 dicit om. B 5 et in flexuosos C 7 lapsum CD 8 alii C; diris om. D; impeditur C, impetit D

HIRCUS 1 petulum B 2 cuius oculi] oculi autem hirci C 3 post traxit in textu add. A, post coitum (v. 2) C, in marg. D: petulus la lum (petulcus ca cum C) dicitur importunus in petendo (in petendo om. A) luxuriosus qui sepe petit coitum ut hic (ut hic om. A) 9 faciunt ABD 10 hic hirquitallus BC 11 torquet D; ad angulos BC; hic om. C

subhircus dicitur ascella, quasi subtus habens fetorem hircinum.

HISPIDUS, da, dum dicitur asper, setosus, pilosus, hirsutus. Ita dicit Papias.

HISTORIA supra exponitur ubi exponitur allegoria.

HISTRIATUS, ta, tum dicitur historiis sculptus vel depictus. Unde pannus vel paries in quo plures depinguntur historie vel sculptuntur histriatus dicitur quasi historiatus.

HOLOCAUSTUM interpretatur totum incensum. Unde dicitur in Historiis (1195), «holocausta dicebantur illa sacrificia que tota incendebantur». Olon enim totum, cauma incendium dicitur. Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vi
5 (19,35).

HOLOCAUSTOMA idem est quod holocaustum. Et dicit Magister in Historiis (1203) quod «holocarpos dicebatur holocaustum illud quod dominus aliquo signo visibili ostendebat sibi gratum esse. Unde holocarpos sonat holocaustum
5 fructuosum» ab olon, quod est totum, et carpos, quod est fructus.

HOLOFERNES dicitur ab olon, quod est totum, et fero, fers et necis, necem, a nece, quasi omnibus ferens necem. Et est potius ethimologia quam derivatio.

HORA multa significat. Dicitur enim tempus quod est xxiiii pars diei naturalis. Item hora dicitur margo sive limbus ve-

12 assella B; intus C

HISPIDUS 1 fetusus ACD

HOLOCAUSTUM 1-2 dicit magister in historiis quod holocausta C 3 olen
B 4 ita] idem BC

HOLOCAUSTOMA 4 est AB 5 carpon C

HOLOFERNES 1 est om. D

In marg. fol. 72^v add. D: ab honorificabilis hec honorificabilitas et hec honorificabilitudinitas tis et est longisissima dictio que in nullo versu continetur fulget honorificabilitudinitatibus hec crux

HORA 2 dicitur om. D; margo] virago C

stimenti vel cortine vel rei alterius. Item hora dicitur regio. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum i (27,18) ubi agit de orthographia, «Ora finium per o; hora dierum per h scribendum est». Unde Grecismus (x, 215-16) ait,

Aspires horam, tempus tibi significabit
Si non aspires, limbum dabit et regionem.

Et est primitive speciei.

HORIPILATIO est quando pili capitis pre horrore eriguntur.

HOROLOGIUM dicitur quasi horilegium ab hora et lego, legis quia ibi leguntur et intelliguntur hore. Vel componitur ab hora et logos, quod est sermo vel ratio vel supputatio, quia ibi habetur sermo de horis colligendis et supputandis.

HOSPES dicitur quasi hostii pes vel hostium petens. Antiquitus enim qui recipiebat et qui recipiebatur veniebant ad hostium et ponebant pedem in eo et firmabant quod unus non deciperet alium. Unde hec hospita, te et hospitus, ta, 5 tum. Et nota quod hospes dicitur qui recipit et qui recipitur. Unde Grecismus (ix, 314-5),

Hospes qui recipit hospesque receptus habetur,
Sic et qui nutrit et qui nutritur alumnus.

Nota versus qui ponuntur supra ubi exponitur hebes.

HOSTIA, hostie ab hostibus dicebatur antiquitus sacrificium quod fiebat pro hostibus vincendis sicut victima pro victis. Unde ait Ysidorus in vi (19,33-4) Ethimologiarum, «Hostie apud veteres sacrificia dicebantur que fiebant ante-

3 vel rei alterius *om.* C 5 hora vero dierum B; scribitur C 7 aspi-
ros C

HORIPILATIO pre *om.* A; per horrore D

HOROLOGIUM 1 quasi *om.* C 2 exponitur A; 3 sermo] sermo vel ratio
BD, ratio C 4 supputandis vel cognoscendis B

HOSPES 3 confirmabant A 4 non decipiebat alium vel deciperet A
7 hospesque] et qui C 9 supra] infra B

HOSTIA 1 huius hostie A; ab hostibus *om.* D; antiquitus *om.* B 3 in
om. B

5 quam ad hostes pergerent. Victime vero sacrificia que post victoriam, devictis hostibus, immolabant. Et erant victimæ maiora sacrificia quam hostiæ. Alii victimam dictam putant quia ictu percussa cadebat, vel quia victa ad aras ducebatur». Unde scribitur in Grecismo (x, 114-15),

10 Victima que cecidit ferro victrix vocatur
 Hostibus a domitis hostia nomen habet.

HOSTILARE, prout mihi videtur, nichil significat, licet in multis bibliis inveniatur scriptum ii Esdre iii f (III Es. 4,52), sed pro eo dicendum est ustulare, quod exponitur infra in suo loco.

HOSTIS dicitur ab hostio, hostis, hostivi, hostire, quod est equare. Unde hoc hostorium dicitur lignum quod ducitur super mensuram ut, siquid ibi superfluit, amoveatur, si quid deest, suppleatur. Et dicitur hostis ab hostiando quia solet
5 hostire et complanare menia hostium devictorum vel quia equa fronte it ad bellum contra hostem. Et est communis generis.

HOSTIUM, hostii, scilicet introitus domus, dicitur ab hoste quia hostes arcet. Et secundum hoc habet aspirationem in principio. Vel dicitur ab obstando et sic non aspiratur. Tamen Hugutio et Papias aspirant. Quod autem dicitur ho-
5 stium quasi ostendens aliquid interius vel quasi obstans viantibus, id est inire volentibus, ethimologia est. Item hostia dicuntur loca ubi fluvii intrant mare. Et dicitur ab hoste quia ibi adversariis nostris occurrimus. Dicuntur

8 cadebat *om.* D 10 cedit C 11 nomen] nichil C
HOSTILARE 3 dicendum] quod C; ustulare B, vitulare AD; in *om.* B
HOSTIS 2 hoc *om.* B 3 superfuerit C; admoveatur AD
HOSTIUM 1 scilicet] est B 2 hoc *om.* A 3 ostando ABD 4-5 ostium
B 5 quasi] quia B 6 inire] virtute AD 6-9 item . . . hostium]
item hostia dicuntur ab hoste quia ibi homines adversariis suis occurrunt item ostia orum dicuntur loca ubi fluvii intrant in mare et dicuntur ostia quia sicut per hostium B 7 dicitur] dicuntur D

- autem hostia quia per hostium fit introitus in domum. Ita
 10 per loca illa fit introitus fluviorum in mare. Unde Ysidorus
 Ethimologiarum xv (7,4), «Hostium est per quod ab aliquo
 arcemur ingressu, ab obstando dictum. Alii aiunt hostium
 appellari quia hostem moratur; ibi enim adversariis nos obi-
 cimus. Hinc hostia tiberina, quod hostibus sunt opposita».
 15 Hostiolum diminutivum est ab hostio.

HUMERALE, de quo habetur Ecclesiastici xlv b (10), idem
 est quod ephot. Vide supra ubi exponitur ephot.

HUMUS, humi ab humore dicitur terra. Et est proprie terra
 humida et inferior. Unde Grecismus (xii, 60-1),

Fertur ab humet humus et tellus a tolerando,

Terra quod atteritur, a solidoque solum.

- 5 Vide supra ubi exponitur arida.

- HUPPUPA male aspiratur a quibusdam in principio cum in-
 cipiat ab u non aspirato. Scribitur autem hic propter simpli-
 ces qui forte alibi non quererent nisi hic invenirent. Est au-
 tem uppupa parva avis immunda. De qua dicit Ysidorus
 5 Ethimologiarum xii (7,66), «Uppupam Greci appellant eo
 quod stercora humana considerat et fetenti pascatur fimo,
 avis spurcissima, exstantibus cristis galeata . . . cuius san-
 guine quisquis se inunxerit dormitum pergens demones se
 suffocantes videbit».

- HUR «secundum Iosephum est nomen civitatis . . . Hebrei
 hur ignem dicunt. Inde fabulantur quod Chaldei in ignem,
 per quem traiciebant parvulos suos, proiecerunt Abram et
 Aram quia nolebant ignem adorare et, Aram ibi exspirante,
 5 Abram dei auxilio liberatum dicunt. Unde dicitur 'ego sum

9 quia] quod C 10 unde et B 12 aiunt] autem C
 HUMERALE 1 habetur] dicitur B; ecclesiastico C; b om. C 2 vide . . .
 ephot] quod exponitur supra C
 HUPPUPA 5 appellant] vocant AD 6 desideret C
 HUR 2 hur ignem] urignem C, huriginem D 3 traiciebat A 4 et]
 etiam B 5 Abraham B; dei om. D; dicitur om. C

qui eduxi te de Hur, id est de igne, Chaldeorum'. Ita dicit Magister in Historiis (1091). Et, sicut patet in Interpretationibus (*Hiero. Interp. heb. nom.* 15,5), incipit ab u simplici-
 10 nem sopiendam.

I

IACINCTUS «herba est habens florem purpureum. Traxit autem nomen a puero quodam nobili qui in saltibus inter purpureos flores repertus est interfectus. Deditque nomen herbe puerilis funeris casus. Est autem radice et flore viole
 5 similis». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,15). Item in xvi (9,3) ubi agit de purpureis gemmis, «Iacinctus ex nominis sui fulgore vocatus est. Hic in Ethiopia invenitur, ceruleum habens colorem. Optimus qui nec rarus est nec densitate obtusus, sed ex utroque temperamento lucet pur-
 10 puraque refulgens; hic autem non rutilat equaliter. Sereno enim perspicuus atque gratus est. Nubilo autem coram oculis evanescit atque marcescit. In os missus frigidus est, in sculpturis durissimus nec tamen invictus, nam adamante scribitur et signatur». Item Iacinctus fuit puer formosus
 15 ab Apolline dilectus et ab eodem imprudenti ludicro disco interfectus est. Ita dicit Papias. Versus (*Brito Metricus* 921-2),

Flos est iacinctus, lapis est iacinctus homoque;

Cum sit uterque bonus melior tamen est vir utroque.

20 Nota quod iacinctus est aerei coloris, purpura sanguinei, coccus flammei, bissus nivei.

IACINCTINUS, na, num dicitur a iacincto flore vel lapide, et est iacinctinus color purpureus sive ceruleus vel aereus prout requirunt nomina a quibus dicitur. Et producit penultimam, sicut dicit Hugutio, et bene quamvis poetica licentia quan-

IACINCTUS 3 repertus *om.* C 6 in xvi dicit proprie (ipse CD) ubi ACD;
 gemmis dicit iacinctus B 12 marcessit BD 15 et ei ab B
 IACINCTINUS 2 cerulus D 4 licentia] lumina D

5 doque corripitur. Unde dicit Alexander Nequam (*fol.*
103^v, 6),

Pelle iacinctina celi color eminet alti.

Vide regulas Prisciani (11, 58) supra ubi exponitur bissus.

IACARE dicitur frequenter iacere, gloriari, laudare, arrogare, extollere, fatigare. Proprie autem, sicut dicit Papias, iactamur in fluctibus, fatigamur in terris.

IACANTIA dicitur arrogantia, superbia, vanitas.

IACURA proprie dicitur dampnum quod sustinent naute quando, imminente tempestate, oportet res suas in mare iacere. Unde, sicut dicit Papias, iactura et dampnum hoc inter se differunt quia iacturam scientes et ultro patimur,
5 dampnum insolito et nobis inscientibus fit.

IACULUM a iacio, cis dicitur missile. Unde iaculor, aris, id est iaculum mittere. Item aculum dicitur quoddam rete piscatorium. Unde iaculator dicitur qui iaculum facit vel iacit. Item a iaculando dicitur hic iaculus, quidam serpens
5 volatilis, quia de arboribus se iacit super animalia et ea perimit. Grecismus (XI, 14-16),

Dicitur a iactu iaculum, telum quia longum,
Missile nomen habet quia mittitur impetuose;
Spicula vel pila generaliter ista vocantur.

IASPIS «de greco in latinum viridis gemma interpretatur. Ias quippe viride dicitur». Verba sunt Ysidori *Ethimologiarum* xvi (7,8). Vide glosam Exodi xxviii (18).

IBICES dicuntur capree que a Grecis dorcades appellantur.

5 dixit B 8 supra positas B

IACARE 1 laudari A 1-2 arrogari B 2 autem] quidem C 3 iactamus C

IACURA 2 eminente A; oportet eos res BC 3 sicut *om.* BC; hoc] hic AD 3-4 iactin id est dampnum iactura enim et dampnum inter B 4 differunt] differant A

IACULUM 1 iaculum] iacistrum A; unde dicitur iaculor C 3 unde] vel C 4 a iaculando] auculando C 8 impetuose] specuose C

Et dicuntur «ibices quasi abices eo quod instar avium ardua et excelsa teneant et in sublime inhabitent, ita ut de sublimitate vix humanis obtutibus pateant». Ita dicit Ysidorus
 5 Ethimologiarum xii a (1,16) et subdit (17), «Hec itaque animalia, ut diximus, in petris altissimis commorantur et siquando ferarum vel hominum adversitatem presenserint de altissimis saxorum cacuminibus sese precipitantes in suis se cornibus illesas suscipiunt». Et declinatur hec ibex, ibicis.
 10 Dicit enim Priscianus (v,36) in tractatu de generibus nominum versus finem, «In x supra sillabam, i antecedente in penultima sillaba, feminina sunt, ut hec vibex, ibex, silex. Auctores tamen et hic silex inveniuntur proferentes. Iuvenalis in ii (6,350),

15 Nec melior, pedibus silicem qui conterit atrum.

Virgilius autem dicit in vii (VIII, 233) Eneidos,

Stabat acuta silex, precisis undique saxis».

Item dicit Ysidorus in eodem (xii, 1,17), «Ibices aves meridiana plaga vocat que Nili fluentis inhabitant». Et tunc
 20 declinatur hec ibex, ibicis. Unde dicit Priscianus (v, 40), «Alia in x feminina sunt, ut hec ilex, fornax, carex, salix, filix, celox, ibix, nux, crux». Item super illud Isaie xxxiiii (11) «possidebunt eam onocrotalus et ericius et ibix», dicit glosa, «Ibix avis est aquatica, serpentibus inimica». Item hec ibis,
 25 ibidis dicitur ciconia, de qua dicit Ysidorus in xii (7,33) Ethimologiarum, «Ibis avis Nili fluminis que semetipsam purgat, in anum rostro aquam fundens. Hec serpentum ovivescitur, gratissimam ex eis escam nidis suis deportans». Item dicit Papias, «ibis avis egiptiaca»; secundum legem
 30 «immunda est pre omnibus volatilibus quoniam morticinis

IBICES 2 anices C 3 inhabitant C 4 obtutibus D 6 ut diximus om.
 AD 9 recipiunt vel suscipiunt C; hic ibex B 11 antecedentem AB; in om. AC 12 et penultima B 15 melius A 16 dicit om. C; eneidum C 19 que] qui C; nilum B, numeri C; fluentem B 20 ibix C 21 alia om. D; in] enim B; salix] calix AD 22 filix] silix D, felix flex B; celox] celebs B; nux] nix D; super iteravit B 24 est om. D 25 in om. C 29 avis est C

cadaveribus semper vescitur». Et dicit Hugutio quod «numquam proicit se ad volandum nisi prius bibat aquam», et quia «avis immunda» est. «Ideo Ovidius adversarium suum et corivalem, qui cum uxore sua mechabatur, vocat ibin».

35 Versus (vv. 3-6 = *Brito Metricus* (926-29),

Ibex ibicis est animal quod cornua gestat;

Est ibex caprea dorcas grece vocitata;

Ibix ibicis avis est Nilique fluentis,

Ut dicunt, habitat, rostro sua vilia purgat.

40 Ibidis ac ibis genitivum cum facit ibis,

Tunc avis est ibis et dicitur invidus ibis.

Accentus patent in obliquis ex regulis Prisciani (VII, 43) de nominibus in x vel in ix desinentibus.

ICTUS, ta, tum, id est percussus, dicitur ab ico, icis, ici, icere, ictum, ictu, quod est percutere. Unde ictus, tus, tui dicitur percussio.

IDIOTA secundum Papiam dicitur imperitus, ignarus, inscius, rusticus, indoctus, brutus, stolidus. Super illud autem Actuum iiii (13), «comperto quod homines essent sine litteris et idiote» dicit Interlinearis, «id est imperiti». Et dicit glosa

5 Bede (*Exeg. Gen. super Acta Apost. Exp.*, PL 92,953), «Idiote dicebantur qui propria tantum lingua naturalique scientia contenti litterarum studia nesciebant». Unde dicebantur sine litteris non quia litteras nescirent sed quia grammaticae artis peritiam non haberent. Et dicitur idiota ab idus, quod
10 est divisio, et iota, quod est quedam littera greca, quasi illiteratus et divisus a litteris. Vel componitur ab idus et ota, quod est auris, quasi divisus ab aure, id est intelligentia, quia non intelligit que audit. Vel dicitur ab idos, quod est proprium, et ethis, quod est mos, quia proprium morem sue

34 corruialem D; ibim C 35 versus om. B 36 ibex ibris B; animal cum cornua B 38 fluentia C

ICTUS 1 id est om. C

IDIOTA 1 ignares C 2 autem om. D 4 id est om. B 8 nesciebant C

11 ota] iota C 13 que] quod D 14 edis C

15 terre ignorat. Item ab idos, quod est proprium, et hemum, hemi, quod est sermo. Vel modulatio dicitur idioma, id est proprietas loquendi in qualibet lingua. Idiota autem communis generis est.

IDOLATRIA «idolorum cultura vel servitus interpretatur. Nam latria grece, latine servitus dicitur, que quantum ad veram religionem attinet, non nisi uni et soli deo debetur». Verba sunt Ysidori viii (11,11) Ethimologiarum. Item ibi-
5 dem (13), «Idolum est simulacrum quod humana effigie factum et consecratum est, iuxta vocabuli interpretationem. Idos enim grece formam sonat, et ab eo per diminutionem idolum deductum eque apud nos formulam facit. Igitur omnis forma vel formula idolum se dici exposcit. Unde idolatria
10 dicitur omnis circa omnem idolum famulatus vel servitus».

IERUSALEM, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xv a (1,5), «pacifica in nostro sermone transfertur». Et preponit ibidem, «Iudei asserunt Sem, filium Noe, quem dicunt Melchisedech, primum post diluvium in Syria condidisse urbem
5 Salem, in qua regnum fuit eiusdem Melchisedech. Hanc postea tenuerunt Iebusei, ex quibus sortita est vocabulum Iebus, sicque duobus nominibus copulatis, scilicet Iebus et Salem vocata est Ierusalem, que postea a Salomone Ierosolima quasi Ierusalomonia dicta est. Hec et corrupte a poetis
10 Solima nuncupata et postea ab Elio Adriano Elia vocata est». Versus,

Solima, Luza, Bethel, Ierosolima, Iebus, Elia
Urbs sacra Ierusalem dicitur atque Salem.

IDOLUM dicitur locus ubi idolatre venerantur et colunt idolum.

15 heremum heremi AC, cf. *Huguitionem s. v.* Ydios
IDOLATRIA 2 servitus] sermo C 4 in viii BC 10 omnem] omne BC
IERUSALEM 5 sale A 8 post ABD; salome C 9 dictum D; hoc D;
et] autem C, om. B 10 Elio] helyo A, helio D; Elio Adriano]
helyodoro B 12 soluma B; iebuz B
IDOLUM Post idolum alterum add. C (idem B, verbis tantum hic inde

IDOLOTITUM dicitur idolo consecratum et dicitur ab idolum, idoli et theos, quod est deus quasi diis datum et sacrificatum. Secundum Papiam (s. v. Idoloritum) dicitur idoloticum quasi «idolis datum».

IDONEUS, nea, neum dicitur irreprehensibilis, aptus, utilis, conveniens, quasi conformis cuilibet. Unde dicitur ab idos, quod est forma.

IDRIA vas est aquatile et dicitur ab ydor, quod est aqua.

IDROPICUS, ca, cum dicitur ille qui patitur idropim vel idropisim. Idropis autem, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum iiii (7,23), «Nomen sumpsit ab aquoso humore cutis. Nam ydor Greci aquam vocaverunt. Est enim humor sub-
5 cutaneus cum inflatione turgente et anelitu fetido». Et provenit ex vitio vesice, sicut dicitur in Historiis (1591). Et nota quod idropis et idropisis idem significant.

IESUS secundum Remigium interpretatur «salvator», et sicut patet in Interpretationibus Iesus latinis litteris scribitur sicut et hic. Quare autem apud Latinos grecis characteribus scriptitetur non video aliam rationem nisi quia sic inolevit
5 usus. Non est enim nomen grecum sed hebreum. Unde dicit

mutatis): idolum in glosa exo xx a dicitur origines aliud est facere idolum aliud similitudinem verbi gratia si quis in auro argento ligno vel lapide faciat quadrupedis speciem vel serpentis vel avis et statuatur adorandam non ydolum sed similitudinem facit vel si etiam picturam statuatur idolum vero facit qui facit quod non est speciem scilicet quam oculus non videt sed animus sibi fingit ut si quis humanis membris caput canis vel arietis formet vel in uno hominis habitu duas facies aut humano pectori postremas partes equi aut piscis qui hoc facit facit quod non est nec habet aliquid simile propter hoc dicit apostolus quia idolum nichil est in mundo non enim aliqua ex rebus constantibus assumitur species

IDOLOTITUM 1 idolotitum] idoloticum AB, idolitum C; idolo] idolis B; consecratus A 3-4 ydoloticum A, ydolaticum B, idolitum C 4 quasi diis datum vel idolis B

IDONEUS 2 conveniensque C

IESUS 1-2 et sicut patet *om.* D 2 Iesus] ihc B 4 scribitur B, scripture D 5 grecum est B

Ysidorus in vii (2,7) Ethimologiarum, «Iesus hebraice, grece soter, latine autem salutaris sive salvator interpretatur pro eo quod cunctis gentibus salutifer venit». Vel potest dici quod propter simplicitatem scriptorum nomen grecum esse
 10 putantium sic apud Latinos a principio scribebatur, et priorum vitium in posteros est transfusum. Figure autem quibus sine abbreviatione scribitur apud Grecos hee sunt ·I·H·Σ·Υ·Σ· Vocantur autem sic iota, ita, sima, ipsilo, sima. Iota dicitur i breve quia semper brevem facit sillabam in qua
 15 ponitur nisi sequatur aliam vocalem et fiat diptongus. Ita dicitur i longum quia semper longam facit sillabam in qua ponitur. Sima dicitur s. Psilo dicitur tenue vel exile; unde dicitur ipsilo, id est i tenuiter sonans, habet enim sonum huius littere u. Ultima figura dicitur sima, id est s. Sic ergo
 20 patet quod ipsi proferunt Iisus, abbreviando autem scribitur tribus figuris cum titulo, sic $\overline{IH\S}$. Vocantur autem iste figure iota, ita, sima et apanusirma, id est superior tractus. Errant autem scriptores qui pro ista figura ·H·, que ex utraque parte equaliter elevatur, scribunt ibi .h. que est nota latine aspirationis.
 25 Non enim est ibi aspiratio, sed duplex i, ut dictum est. Unde credo quod $\overline{IH\S}$ et $\overline{XP\S}$, de quo dicetur in suo loco, per latinās litteras deberent pueris sillabicari donec essent in grecis litteris eruditi.

IGNIS dicitur quasi non gignens quia nichil gignit sed omnia consumit que rapit. Unde dicit Papias «ignis dictus quia nichil potest gigni ex eo», est enim «inviolabile elementum absumens omnia que rapit». Unde dicitur ignio, ignis, id est
 5 calefacere vel inflammare. Unde ignitus, ta, tum.

6 in om. B 8 vel] et C 10 sicut A 13 IHUC AD, IHC C 16 facit] reddit B 18 habent AB 20 Iisus] usu B, usus unde C; autem om. C 21 HC D; post $\overline{IH\S}$ in textu add. A, post tractus (v. 22) C, in marg. D: in illa prosa alma chorus domini (om. C) etc. dicitur panton (pantan C) craton (om. D) usus; iste tres A 22 a panufima A; erravit C 23 parte om. A 26 credo om. A; $\overline{IH\S}$] iesus C; $\overline{XP\S}$] X B; qua D; in om. B 27 debent D 28 in om. B; litteris om. B

IGNIS 3 est enim] elementum autem C

IGNITI SERPENTES dicebantur in Numeris (21,6) «quia minimi et veloces erant ad modum scintillarum vel quia tactum veneno inflammabant usque ad tumorem et ruborem igneum». Ita dicitur in Historiis (1234).

IGNOMINIA dicitur infamia. Et componitur ab in, quod est contra, et nomen quasi contra nomen. Unde ignominiosus. Et, sicut dicit Ysidorus in v (27,4) Ethimologiarum, «Octo genera penarum in legibus contineri Tullius scribit: id est dampnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, servitutem et mortem».

ILEX, ilicis dicitur quedam arbor glandifera. Et dicitur ab eligo, gis. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,26), «Ilex ab electo vocata, huius enim arboris fructus homines primum ad victum sibi elegerunt . . . Prius enim quam frummenti usus esset antiqui homines glande vixerunt».

ILIUM dicitur intestinum parvum et rotundum quod adheret renibus animalis, sicut patet in arietibus interfectis. De quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,100), «Ilium greco sermone appellatum quod ibi nos obvolvamus. Grece enim yleos obvolvere dicitur». Secundum Huguitionem dicitur hoc ile, huius ilis in singulari et pluraliter ilia, ilium, ilibus. Item Lucanus in iiii versus finem (627) dicit,

Alligat et medium compressis ilibus artat.

Doctrinale dicit (415),

10 Ilia declinat tibi tertia nec nisi plura.

ILLECEBRA, quasi illicita, dicitur delectatio prava. Et dicitur ab illicio, cis, illexi, illicere, illectum, quod est illaqueare et

IGNITI SERPENTES *Totum om.* B 2 tactum] tm̄ C

IGNOMINIA 2 quasi contra nomen *om.* C 3 sic D

ILEX 2 ait *om.* B; vii A

ILIUM 4 quod] quia D 5 ileos B 6 hec ile AD; hee ilia B 10 ternana C

ILLECEBRA 2 illicere *om.* C

in fraudem ducere, quia illecebra illaqueat hominem et decipit.

ILLECTUS, ta, tum dicitur illaqueatus, seductus, quasi in licio positus et ligatus. Et dicitur ab illicio, cis.

ILLICIO, illicis, illexi, illicere dicitur illaqueare, in liciis ponere, in fraudem ducere et est compositum ab in et licio, licis, licui vel lexi, licere, licitum vel lectum, quod est trahere. A quo omnia composita formant preteritum in lexi et supinum in lectum preter elicio, quod facit elicui vel elicium, et assignat Priscianus (x, 3) causam quia «si elexi diceremus, necessario participium electus fieret et esset dubitatio significationis». Inveniuntur tamen alia composita apud antiquos facere preteritum in cui et supinum in citum. Et ab illicio hic et hec illex, illicis, id est fraudulentus detractor.

ILICO, id est mox vel confestim, per unum l scribitur in Papia, sicut ilicet, id est scilicet vel sine dubio.

ILLUSTRIS dicitur preclarus, nobilis, qui valde lustratur. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum x (126), «Illustris est nomen notitiae quod clareat multo splendore generis vel sapientiae vel virtutis». Et dicitur ab illustro, illustras, quod est illuminare, circumdare, purgare, quod componitur ab in et lustrum, lustras, quod est purgare, piare, circumire, circumdare, luminare, serenare. De hoc quere infra in suo loco.

ILLUVIES, illuviei secundum Papiam dicitur «squalor vel immunditia, morbus vel sordes». Unde Virgilius in iii Eneidos f (593),

ILLECTUS 1 quasi om. B 2 allicio C

ILLICIO 1 et dicitur A 2 in *primum*] vel B, vel in C, et in D 2 deducere D 4 exi BCD 5 vel] et CD 6 causam scilicet quia C; exi A 9 et *alterum* om. B 10 hic et hoc B, hec et hoc D

ILICO 2 sicut . . . dubio om. B

ILLUSTRIS 1 qui] vel B; lustratus B 5-7 quod . . . circumdare om. C 7 luminare] biminare C; in om. B

ILLUVIES 2 eneidum C

Respicimus: dira illuvies immissaque barba.

Et Deuteronomii xxviii f (56-7) «super . . . illuvie secundi-
narum», id est super illuviosis et putridis secundinis, ut fiat
endiadis. Sunt autem secundine pellicule ille quibus infantes
in utero involvuntur, de quibus plenius invenies infra in suo
loco. Et dicitur illuvies ab illuo, illuis, quod est maculare vel
deturpare, quia deturpat et maculat rem in qua est.

IMMANIS «dicitur qui non est bonus sed crudelis atque ter-
ribilis». Et componitur ab in et manim, quod est bonum.
«Unde per antiphrasim dicuntur dii manes quia minime bo-
ni». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum x (139). Secundum
Papiam immanis dicitur ingens, informis, hispidus et hor-
rendus. Item «Immanes sunt qui elatis cogitationibus se
extollunt». Ita exponit Gregorius moraliter illud Iob xxvi
(36,32), «immanibus abscondit lucem». Idem aliter exponit
in manibus ut sint due dictiones. Utramque expositionem in-
venies in Moralibus (PL 76, 412).

IMMOLO, immolas dicitur sacrificare quasi molam infun-
dere. Unde componitur ab in et mola, mole, quod est «puls
ex farina et aqua et sale, qua olim victimae inter cornua ani-
malium perfundebantur. Et si patientes erant bone erant,
si recalcitrabant male erant et reiciebantur». Ita scribit
Hugutio (s. v. Molo). Vel secundum Ysidorum componitur
ab in et moles. Unde dicit in vi (19,31) Ethimologiarum,
«Immolatio ab antiquis dicta eo quod in mole altaris posita
victima cederetur. Unde et mactatio post immolationem
est. Nunc autem immolatio panis et vini convenit».

IMMUNIS dicitur liber, non tributarius quasi sine munio.
Munium autem dicitur debitum officium, munus vel tri-

4 illuviem B 6 endiasis AB; ille in quibus A 7 in *alterum om.* B
IMMANIS 2 maym B 3 dii manes] dii *om.* BC, immanes D 5 et *om.*
B 6 se *om.* C 9 in manibus] manibus B, *om.* C
IMMOLO 3 qua] quam A, quia C

butum. Et dicitur a muniendo. Item immunis dicitur expers, alienus, sine parte. Item immunis dicitur non munificus quia
 5 si sine munio, id est munere. Item immunis dicitur qui non facit munia, id est officia, scilicet piger, qui officio non fungitur. Iste significationes ponuntur pro parte ab Ysidoro in x (140) Ethimologiarum. Et declinatur hic et hec immunis et hoc immune.

IMBECILLIS dicitur debilis quasi sine bacillo, id est sustentamento virium. Bacillus dicitur parvus baculus. Baculus autem dicitur a Bacho, qui primus repperit baculum, vel quia homines qui nimis potaverunt baculis innituntur. Vel
 5 dicitur baculus a baiulando, id est portando. Et nota quod dicitur hic et hec imbecillis et hoc imbecille et imbecillus, lum in eadem significatione. Unde in Doctrinali (392-4 +) dicitur

Is vel us ista suis dare dices compositivis:
 10 Cera, iugum, limus, animus, colus, arma, bacillus;
 Cum norma nervum, cum freno collige clivum;
 Estque perenna, tamen de iure perennis habetur.

Exempla patent ut sinceris vel sincerus, biugis vel biugus, illimis vel illimus, exanimis vel exanimus, incolumis vel
 15 incolumus, inermis vel inermus, imbecillis vel imbecillus, enormis vel enormus, enervis vel enervus, effrenis vel effrenus, declivis vel declivus, et sic de aliis. Et incolumis tamen melius componitur ab in et columen, sicut infra dicetur suo loco.

IMBER, id est pluvia, ab inebriando dicitur quia inebriat terram ad germinandum. Et ponit Ysidorus Ethimologia-

IMMUNIS 4 munificus D 4-5 scilicet quasi B 5 id est sine munere C
 IMBECILLIS 2 parvus om. D 3 primo B, primus invenit vel repperit A
 4 portaverunt C; baculus C 6 et tertium om. B 8 dicitur] scribitur BD 13-19 exempla . . . loco om. B, in marg. D 14 illumis vel
 illumus D; examinis vel examinatus A 15 inermis vel inermus D
 17 et alterum om. C; tamen] cum D 18 melius om. C
 IMBER 1 id est om. C

rum xiii (10,2-4), differentiam inter pluviā, nimbū et imbrem dicens, «Pluvie dicuntur eo quod fluant quasi fluvie,
 5 nascuntur enim de terre et maris anhelitu. Que cum altius elevate fuerint aut calore solis resolute aut vi ventorum compresse stillantur in terris. Nimbus est densitas nubis intempesta et obscura, et dicitur nimbus a nube. Sunt autem nimbi repentine et precipites pluvie. Nam pluvias vocamus
 10 lentas et iuges quasi fluvias. Imbres autem et ad nubes et ad pluvias pertinent». Et est imber nomen grecum secundum Ysidorum. Alii dicunt esse latinum ab inebriando dictum.

IMBER TEMPORANEUS dicitur qui iacta semina facit convalescere, imber serotinus qui ad maturitatem producit. In Grecismo (XII, 371-3) scribuntur isti versus differentiales,

5 Est imber pluvia nubis caligine tecta,
 Est nimbus tenuis quo nos aspergit Aprilis,
 Hoc nomen pluvia nectit generaliter ista.

IMPEDATURA dicitur pede mensura vel impressio vel investigatio. Est autem peda, ut dicit Hugutio (s. v. Pos), «vestigium humanum». Unde dicitur pedo, pedas et per compositionem impedo, impedas, id est pedam facere vel
 5 primere vel investigare, et inde dicitur hec impedatura. Unde ii Esdre v (III Es. 5,39), dicitur, «et horum quesita est generis scripta impedatura», id est generis investigatio vel genealogie computatio. Et bene genealogie computatio impedatura dicitur quia, sicut in deambulatione, una peda
 10 post aliam terre imprimitur et una alteri succedit, ita in huiusmodi computatione una persona post aliam numeratur

3 pluviā et nimbū A 5 enim] autem B; et] ac B 6 elate C; solis om. B; aut] ac A; vi om. B 8 et inde dicitur BD 9 repentine B; et precipites om. D 10 et alterum om. B 11 est iteravit A

IMBER TEMPORANEUS 1-2 imber . . . convalescere om. C 1 iacta] iactata B 3 scribuntur] ponuntur B 4 tincta vel tecta C 5 est enim nimbus C 6 nectis D

IMPEDATURA 1 pedis C 2 dicit] ait B 6 quesitura A 8 et . . . computatione om. AB 9-10 peda est post AB

et qualiter una alteri successerit observatur, et sic peda distinguitur a peda et persona similiter a persona.

IMPETIGO «est sicca scabies prominens a corpore cum asperitate et rotunditate forme. Hanc vulgus formam appellant». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum iiii (8,6) et dicitur ab impeto, impetis.

IMPENDO, impendis, impendi, impendere, impensum idem est quod tribuere. Et est compositum ab in et pendo, pendis, pependi, pendere, pensum, quod est suspendere vel trutinare, exsolvere, reddere, tribuere, sustinere. Unde versus
5 differentialis (*Grec.* XIX, 21),

Pendeo suspensus, pendo dum sublevo pondus.

Item predictae significationes possunt haberi per hos versus,

Exsolvo, tribuo, trutino, suspendoque, reddo,
Sustineo, pendo sex hec signare memento.

IMPENDEO, impendes, impendi, impendere, impensum idem est quod instare, ingruere, suprapendere, imminere. Unde Hester xiii g (18) dicitur «quod eis certa mors impenderet», id est immineret vel instaret. Et est compositum ab in et
5 pendeo, des, pependi.

IMPENDIUM, dii et hec impensa, impense «ambo ponuntur pro expensa» et dicuntur ab impendo, impendis. Invenitur etiam impendium pro studio et sedulitate. Unde impendiosus, sa, sum, id est sedulus et intentus et impendio adverbium, id est sedule et intente. Ita dicit Hugutio (*s. v.* Pendo). Quod autem dicitur Ecclesiastici xxii (21), «Sicut palee in excelsis et cementa sine impensa» etc. sic intellige, cementum sine impensa dicitur lutum, quod gratis habetur. Vel

12 successit A, successent B; sicut BC
IMPENDO 1 impendeo B; impensum om. B 3 pependi om. D; pensum su B; vel om. C
IMPENDEO 4 vel instaret om. C
IMPENDIUM 2 dicitur D 6 ecclesiastico C; xii BC 8 quod] quia BC

cementum sine impensa dicitur sabulum sine calcis ad-
 10 mixtione, in multis enim locis quasi gratis sabulum invenitur, calx vero non sine magna expensa acquiritur.

IMPINGO, impingis, impegi, impingere, impactum invenitur pro offendere vel cespitare, et secundum hoc est neutrum. Unde Proverbiorum iii (23), «pes tuus non impinget» etc. Invenitur etiam transitive pro impellere vel repellere.
 5 Unde Ecclesiastici xiii (13), «Ne improbus sis, ne impingaris». Et componitur ab in et pango, gis quod habet tres significationes. Unde versus,

Preteritum triplicat et sensum pango: pacisci
 Dat pepigi, panxi cantare, repellere pegi.

10 Et credo cum Huguitione (*s. v. Pango*) quod pro cantu careat supino, licet Doctrinale ponat panctum, tu. Unde dicit Priscianus (x, 33), «Abiciunt n euphonie causa hec que penultimam a habent vel i, ut frango fractum, pango pactum» etc. Item pango, gis, pegi invenitur pro iungere.

IMPOLITUS, ta, tum dicitur inornatus, non complanatus, non sculptus et descendit per compositionem ab in et polio, polis, polivi, polire, quod est sculperre, ornare vel planare.

IMPONO, imponis, imposui, imponere, impositum dicitur intus ponere, iniungere, inculpare, imputare. Item imponere idem est quod «decipere et tunc construitur cum dativo». Unde Genesis xxix (25), «quare imposuisti mihi?» ubi false

11 vero *om.* AD; impensa C

In marg. fol. 76^v add. D: imperterritus id est qui non potest terreri vel qui non terretur

IMPINGO 1 impactum tu B 4 transitium C; implere C 5 ecclesiastico C 5-6 impinguaris D 8-9 *Cf. Doctr.* 853-4 9 repelle A, replere D 10-11 caret C 11 tu *om.* C; *post tu add.* BC, *in marg.* D: in aliis significationibus ponit (facit CD) pactum tu 12 n] enim AB; hec que] hic qui B 14 pepigi B

IMPOLITUS 1 non ornatus C 3 polivi] polui CD; polivi polire *om.* B; complanare B, explanare D

IMPONO 2 iniungere] et iungere C

5 biblie habent «quare Liam supposuisti mihi». «Et tunc facit supinum impostum impostu . . . Unde hic impostor, id est deceptor . . . et hec impostura, id est deceptio, . . . et impostus, ta, tum, id est malus, deceptorius et perversus. Unde Statius (*Theb.* I, 227),

10 Mens cunctis imposta manet».

Et ita exponit Huguitio (*s. v.* Pono).

IMPORTUNUS, na, num dicitur protervus, infestus, «inquietus quasi non habeat portum, id est quietem, sed quasi in naufragium feratur» (*Isid. Etym.* x, 136). Unde hec importunitas, id est infestatio, inquietudo, et importuno, importunas, id est inquietare vel infestare. Et secundum Huguitionem (*s. v.* Porto) importunus componitur ab in et portunus, na, num, id est quietus quasi portum teneat. Item hic Portunus dicitur deus maris qui preest portibus.

IMPROBUS, ba, bum quasi non probus, non laudabilis, importunus vel perseverans. Unde illud (*Verg. G.* I, 145-6),

Labor improbus omnia vincit.

Et dicit Papias, improbi sunt scelerati. Item Ysidorus Ethimologiarum x (136), «Improbis dictis quod instet etiam prohibenti».

IMPUNE, id est sine pena, libere, sine vindicta. Impune non cedit, id est non habet successum vel non accidit sine pena.

IMPLANARE dicitur decipere vel in errorem ducere. Unde Ecclesiastici xv f (12), «Non dicas: Ille me implanavit». Quod in ista significatione accipiat ibi patet per textum

5 Liam] hiis B 6 impostu *om.* B; id est *om.* B 8 et deceptorius D

IMPORTUNUS 2 quasi] quando C; habet C 3 in *om.* C 5 et *om.* D

IMPROBUS 2 illud Ovidii C 4 item] unde C 5 quod] quia D

IMPUNE 2 accedit D

IMPLANARE 2 in ecclesiastico C; xxv ABC

qui continuo sequitur, scilicet «omne enim execramentum
5 erroris odit dominus» (13). Et secundum Huguitionem (*s.v.*
Planos) implanare componitur ab in et planos, quod est
error vel vagatio. Unde et hic planeta dicitur.

INALTARE dicitur valde altare, altum facere.

INAURIS dicitur ornamentum auris vel aurium. In quibus-
dam enim partibus solent aures pueri perforari in quibus,
cum adulti fuerint, anuli vel lapides pretiosi ornatus causa
suspenduntur. Et huiusmodi appensa inaures dicuntur. Item
5 inaures dicuntur filateria idolorum, sicut dicit glosa Augu-
stini super Genesis xxxv a (4).

INCASSUM, id est frustra, sicut ait Huguitione (*s. v.* Careo),
«adverbium est qualitatis». Papias exponit incassum, id est
infructuose, inutiliter, frustra.

INCASTRATURA dicitur incavatura lignorum per quam sibi
mutuo copulantur, sicut patet in extremitatibus asserum
runcinatorum. Et dicitur incastratura quia in ea quasi in
castro uniuntur ligna et muniuntur.

INCENTOR dicitur «ab eo quod incendat atque inflammet».
Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum x (130), et addit ibidem
incentor est «qui prava suggestionem cor aliorum succendit et
persuadendo inflammat».

INCESTUS, ta, tum dicitur quasi non castus, qui cum moniali
vel consanguinea vel virgine concumbit. Unde hoc incestum,
incesti et hic incestus, tus, tui dicitur talis coitus. Vide supra
ubi exponitur adulter. Ysidorus in x (148) Ethimologiarum

INAURIS 1 namentum B 2 enim] autem D; pueris BC 4-5 item
inaures dicuntur *om.* B 6 super *om.* B; Augustini] *Cf. Quaest.*
in Hept., PL 34-5, 576

INCASSUM 2 et Papias C

INCASTRATURA 3 runcinarum D; in *primum om.* C

INCENTOR 1 quod] qui B; incendit A 2 in x D 3 suggestionem ad
iudicia cor D

5 dicit sic, «Incestus propter illicitam commixtionem vocatus quasi incastus, sicut qui virginem sacram vel affinitatis sue proximam stupravit».

INCOLO, incolis, incolui, incolere dicitur «inhabitare. Unde hic et hec incola, incole. Unde hic incolatus, id est cultus vel mansio, . . . et hic inquilinus, id est advena, quasi incolens aliena». Et nota differentiam. «Inquilini sunt qui
5 emigrant et non perpetuo permanent. Advene vel incole adventicii sed permanentes et idem accole. Peregrini vero dicuntur quia eorum parentes ignorantur, sunt enim de longinqua regione. Indigene vero sunt inde geniti et in eodem loco nati ubi habitant». Ita tradit Hugutio (*s. v. Colo*)
10 et Papias fere eadem verba dicit. In Psalmo (119,5) ubi dicitur «Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est!» dicit glosa, «id est peregrinatio». Et similiter anima dicitur incola, id est peregrina.

INCOLUMIS dicitur alacer et fortis. Et componitur ab in et hoc columen, quod est «alacritas vel fortitudo». Sic exponit Hugutio (*s. v. Colo*), sed secundum Papiam incolumis dicitur salvus et integer, et dicitur a columpna «quasi erectus
5 et fortis et stabilis». Et declinatur hic et hec incolumis et hoc incolume.

INCHOO, inchoas dicitur incipere. Unde inchoativum verbum dicitur «quod initium actus vel passionis significat», ut dicit Priscianus (VIII, 72).

INCONTAMINATUS, ta, tum dicitur impollutus, immaculatus, non contaminatus. Contaminatus enim secundum Papiam dicitur sordidus, inquinatus, impurus, inhonestus, ma-

INCOLO 1 incolere *om. C* 2 huius incole A, incole *om. B*; hic *om. B*; id est] dicitur B 4 *Post differentiam add. A*, inquilini advene peregrini indigene 5 remanent C 7 enim] vero C 10 fere *om. D*
10-11 dicuntur C

INCHOO 2 vel] et AB

INCONTAMINATUS 3 inhonestatus C

culatus, deformis. Et dicitur a contamino, contaminas, quod
5 est polluere vel deturpare.

INCUS, incudis dicitur «instrumentum ferreum super quod
fabricatur». Et dicitur a cudo, cudis, cudi, cudere, cusum
quia in incude aliquid feriendo producit. Cudere autem
idem est quod «fabricare, ferire, polire, sculper, . . . tun-
5 dere». Ita exponit Hugutio, et accipit pro parte ab Ysidoro
Ethemologiarum xix (7,1) ubi hoc additur, «Veteres non in-
cudem vocabant sed intudem eo quod in ea metallum tun-
ditur, id est tenditur. Unde et tudis malleus a tundendo, id
est tendendo dictus». Incus feminini generis est et producit
10 hanc sillabam cu in obliquis. Unde Statius Achilleidos (1,414),

quatitur navalibus hora
Eu Bois, innumera resonant incude Micene.

INCLINO, inclinas componitur ab in et cleo, cles, quod est
inclinari, gloriari, absorbere vel sorbere. Unde dicitur hec
cloaca. Et declinatur cleo, cles, clevi, clere, cletum, tu. Ita
dicit Hugutio (s. v. Cleo).

INCLITUS, ta, tum dicitur valde gloriosus. Et componitur
ab in et cletus, ta, tum, quod est nobilis vel gloriosus, sed
non est in usu et descendit a cleo, cles, quod est gloriari.
Ysidorus Ethemologiarum x (126) dicit sic, «Inclitus grecum
5 nomen est, nam cliton Greci gloriosum dicunt».

INCLUSOR vel inclusarius dicitur qui aliquid includit, si-
cut aurifaber qui includit gemmam in anulo; similiter ru-
sticus qui includit alia pecora pro forefacto.

In marg. fol. 77^v add. D: incunctanter id est sine mora indubitanter
inconse id est quiete et sine aliqua interruptione

INCUS 2 ab in et cudo C; cusum cusu B 3 incudo B; producat
AB 8 id est] vel B; et tudis] in cudis D; a tendendo A 10 in
om. D 12 cubois C; sonant C; micelle C

INCLINO 2 sordere BCD 3 clere om. A

INCLITUS 5 cleten B, cleton C

INCLUSOR 1 inclusarius] inclusorius C 2 gemmam om. C; vel auro
vel in anulo B; similiter et B 3 forifacto gallice forfer C

INDICO, indicas idem est quod demonstrare. Et componitur ab in et dico, dicas, quod est copulare. Et ab indico dicitur hic et hec index, scilicet qui vel que aliquid indicat. Index etiam dicitur ille digitus manus qui proximus est pollici, et
5 est masculini generis tantum.

INDICO, indicis dicitur precipere vel annuntiare et est proprie sacerdotum qui annuntiant festa et ieiunia, sicut edicere est regum et imperatorum. Unde versus (*Grec.* xvii, 135, 134),

5 Edicunt reges, indicit festa sacerdos,
 Presulis indictum, dic edictum fore regum.

Et ab indico dicitur indictus, ta, tum, id est preceptum vel annuntiatum. Unde ii Esdre iii a (iii *Es.* 4, 11), «Sed nec indicto», id est nondum imperato vel annuntiato etc.

INDICTIO secundum compotistas dicitur spatium xv annorum, sed aliud significat iii Regum v (13) ubi dicitur, «et erat indictio xxx milia virorum», id est summa eorum quibus indicebatur. «Vel forte», sicut exponitur in Historiis (1353),
5 «indictio est determinata hominum collectio, sicut cohors et legio». Sed pro exactione vel precepto gravi vel intolerabili ponitur ii Esdre vii (iii *Es.* 8, 25) ubi dicitur, «Neque ulla indictio irrogetur» etc.

INDOLES «quasi sine dolo dicitur etas iuvenilis, ingenium, origo, progenies», sicut exponit Hugutio (*s. v.* Doleo). Secundum Papiam indoles est origo vel crementum, sobolis,

In marg. fol. 78 add. D: (1) indefesse id est indeficienter indefessus infatigabilis indeficiens (2) indempnatus actuum xvi et xxii est de nullo reatu ordine iudicario convictus

INDICO, CAS 1 idem est quod *om.* BCD 2 ab] de B 3 scilicet *om.* C 4 etiam] et AD 4-5 et tunc est BC

INDICO, CIS 6 regis B

INDICTIO 5 sicut *iteravit* D 6 exactione] actione C 7 ubi] unde ABD 8 irrigetur D

In marg. fol. 78 add. D: indo indis indit imposuit immisit inseruit
INDOLES 1 indoles indolis B; etas] eas C 2 sicut] sic BD

nobilitas generis, progenies, propago. Ysidorus autem, cum
 5 quo plures concordant, dicit in x (124) Ethimologiarum,
 «Indoles proprie est imago quedam future virtutis» sicut
 apparet in multis pueris. Et declinatur hec indoles, huius
 indolis. Unde caveatur ille versus trutannicus,

Indolis est proprie probitatis imago future.

10 Nominativus enim singularis terminatur in es productam,
 sicut patet per predicta.

INDULGEO, ges, «indulsi, gere, indulsum vel indultum». Ita
 dicit Priscianus (ix, 50). Et multa significat. Accipitur enim
 pro concedere, ut «papa indulsit michi hoc». Item accipitur
 pro vacare vel operam dare, ut «iste indulget gule». Item
 5 pro remittere vel condonare, ut «deus indulget peccata pe-
 nitenti». Et, sicut dicit Hugutio (*s. v.* Algeo), quandoque est
 neutrum, quandoque vero activum, sicut patet in predictis
 exemplis. Et componitur ab in et algeo, alges, alsi, algere,
 alsum, quod est frigere. Ita declinat Priscianus (ix, 50).
 10 Predictae significationes possunt haberi per istum versi-
 culum,

Indulgens donat, parcit, vacat, aut operam dat.

INDUSTRIA, sicut ait Papias, est assiduitas, studium, cura,
 capedo, cupiditas, ardor, aviditas, labor, perseverantia, per-
 tinacia, constantia, doctrina, sollertia.

INDUSTRIUS secundum Papiam dicitur studiosus, agilis, ve-
 getus, vigilans, efficax, destinatus, perseverans, indeclinatus,
 impiger, strenuus, audens, experiens, cogitans, ardens. Unde
 industrie adverbium, id est studiose vel sollerter. Vegetus a

4 progenies *om.* D

INDULGEO 1 indulsum su C 2 et *om.* BCD 3 papa] populus C 4 vel]
 aut C; indulget] indulgeat C 6 sic D 7 vero est BC 8 et tunc
 componitur A 10 pre dictas B; possunt haberi] potes habere B
 12 indulget D; parcitur A

INDUSTRIA 1 studium *om.* A 2 capedo *om.* D; perseverantia B

INDUSTRIUS 4 id est *om.* C; 4-9 vegetus . . . surgit *om.* B, *in marg.* D

5 vigeo, ges dicitur fortis, adultus, vividus, validus, firmus.
Et pro veloce ponitur in Sermonibus Oratii (II, 2,80-1) ubi
dicitur,

Alter, ubi dicto citius curata sopori
Membra dedit, vegetus prescripta ad munia surgit.

INEDIA dicitur paupertas que est in ede, id est in re fami-
liari. Unde dicitur ab in et edes, quod est domus. Edes au-
tem dicitur ab edo, es, est, quia prius facta fuit ad edendum.

INEPTUS, quasi inaptus, dicitur apto contrarius.

INFERNUS dicitur ab infra «eo quod infra sit . . . Sicut au-
tem cor animalis in medio est, ita et infernus in medio terre
esse perhibetur. Unde et in Evangelio legimus, 'in corde
terre'. Philosophi autem dicunt quod inferi pro eo dicuntur
5 quod anime hinc illuc feruntur». Ita dicit Ysidorus Ethimolo-
giarum xiiii g (9,10-11). Vel dicitur infernus quasi infurnus
quia intus habet nigredinem. Nam furnus, na, num idem est
quod niger. Unde Grecismus (XII, 7),

Dicitur infernus quia sit niger atque profundus.

10 Et secundum theologos declinatur hic infernus in singulari
et pluraliter hec inferna, norum. Nota versus supra positos
ubi exponitur abissus. Item nota quod dicitur «hic inferus
pro inferno et pro deo infernali, . . . sicut dicitur hic superus
pro deo celesti». Item dicitur «infernus, na, num, id est

5 vigeo veges C 6 veloce] valore D 9 ad numina D

In marg. fol. 78 add. D: hee induvie arum id est indumenta ab induo
induis hec indicula indicule id est camisia vel quodlibet indumentum
indusio as id est induere unde hoc indusiamen nis id est indumentum
ab induo induis hoc indumen nis quicquid induimus.

INEDIA 3 edo es est *om.* CD; facta fuit] est A, facta est D

In marg. fol. 78 add. D: ineptus apto contrarius est quasi non aptus id
est stultus

In marg. fol. 78 add. D: inexpugnabilis id est invincibilis qui non potest
expugnari id est vinci

INFERNUS 3 et *om.* BD; corde] medio A, corde *in marg. corr.* 5 illinc C
6-7 quasi intus furnus vel infurnus B 9 infurnus C 10 infurnus C
12 inferus] infernus AB, *om.* D 13 pro *om.* B; superius D 15
id est *om.* A

- 15 infernalis». Ita dicit Hugutio (*s. v. In*). Secundum Papiam inferus est «sinus maris magni qui Italiam attingit, quem Greci Ionium, Itali Inferum vocant».

INFITIOR, aris negare quod verum est. Et componitur ab in et facio, facis quasi infectum, id est contra factam dicere vel rem factam negare. Proprie autem infitiri est rem debitam negare cum a creditore deposcitur. Unde dicit Ysidorus
5 in v (26,20) Ethimologiarum, «Infitiatio est negatio debite rei cum a creditore deposcitur. Idem et abiuratio, id est rei credite abnegatio». Unde Ovidius Methamorphoseon xi (205-6),

- 10 Stabat opus: pretium rex infitiatur et addit,
 Perfidie cumulum, falsis periuria verbis.

INFUSORIA dicebantur vasa quibus oleum lucernis infundebatur. Et declinatur hoc infusorium.

- INFRUNITUS, ta, tum dicitur insipiens et indiscretus. Et componitur ab in et frumen, fruminis, quod est illa pars gutturis ubi cibus sapit. Unde dicitur infrunitus quasi sine frumine, id est sine sapore et discretione. Gulosus etiam
5 potest dicit infrunitus quasi sine frumine, qui non querit saporem in cibus, sed semitruncatos morsellos devorat et deglutit. Item infrunitus dicitur insipiens et imprudens ab in et fronesis, quod est sapientia vel prudentia, quasi sine fronesi. Item infrunitus dicitur inverecondus quasi sine
10 fronte in qua apparent signa verecundie. Item infrunitus dicitur homo preceps in factis vel verbis quasi sine freno quia non regitur freno rationis. Item infrunitus dicitur corruptus

15 infernalis *om.* A 16 infernus AB; quam B 17 Greci *om.* C; infernum B, infeum D; dicunt B

In marg. fol. 78^v add. D: infestus id est molestus nocens

INFITIOR 2 infactum D 4 poscitur D 4-6 unde ... deposcitur *in marg.* C 4 dicit] dicitur B, ait C

INFUSORIA 2 infusorium de infundo dis C

INFRUNITUS 1 incipiens C; et *primum om.* C 8 frenesi D 9 dicitur *om.* C 10-12 Item ... rationis *om.* C 11 vel in verbis D 12-14 Item ... frunio *post* verecundie (*v.* 10) A

et putrefactus et ad opus bonum inutilis et ineptus quasi sine frunio. Est enim frunium pulvis subtilis de contritis
 15 arborum corticibus factus qui coriis superpositus ea exsiccat, a corruptione conservat, consolidat et ad opera facienda inde habilitat. Unde dicitur frunio, frunis, frunii vel frunivi, frunire, id est frunio conficere vel frunium superponere in coriorum confectione. Unde frunitores dicuntur qui coria
 20 fruniunt. Versus,

Infruniti vim si vis per quinque notabis:
 Frons, fronesis, frumen, frunio, frena dabis.

INGENIUM componitur ab in et genium, quod idem est quod ingenium. Unde «illa prepositio addita nichil operatur ibi nisi quod ostendit ingenium esse intrinsecam vim anime naturalem. Quod autem dicitur ingenium quasi intus genitum, scilicet a natura, ethimologia. Item hic genius dicitur
 5 «deus nature». Ita dicit Huguitio (s. v. Ge).

INGENICULANS, id est genu vel genua inclinans vel flectens, dicitur ab ingeniculator, aris, quod est genuflectere, quod est compositum ab in et geniculator, aris in eodem sensu. Item geniculator dicitur a geniculum, li, quod est parvum genu.

INGRUO, ingruis, ingruui, ingruere, id est «maturare, immingere, instare, impendere et proprie dicitur de malo. Malum ingruit quod contra bonum et congruum est, quod contra congruitatem impendit, id est imminet». Et componitur ab
 5 in et gruo, gruis, quod est «convenire, concordare, . . . et est tractum a gruibus», sicut dicit Huguitio (s. v. Grus) «quia de tibiis gruum solent fieri fistule que maximam red-

15 suppositus C 17 inde om. C 18 supponere B 19 corium D
 20 unde versus C 21 Cf. Walther¹, no. 9328; quinque] quandoque D

INGENIUM 1 componitur] dicitur B 5 ethimologia est BC

In marg. fol. 78^v add. D: ingerere id est immittere

In marg. fol. 78^v add. D: ingruere graviter venire cum impetu supervenire

INGRUO 3 quod] quia C 3-4 contra congruitatem om. C 4 congruitatem] congruentem A ante corr.

dunt consonantiam et concordiam». Unde «congruo, is, id est convenire», et «digruo, is, id est discordare». Papias autem sic exponit, ingruit, imminet, irruit, invadit, ingravescit. Gruo cum suis compositis facit supinum ingrutum.

INGUEN, inguinis dicitur illa pars corporis que est circa pudenda, et dicitur ab ungo, ungis secundum Huguitionem (*s. v. Ungo*).

INITUS, ta, tum participium est descendens ab ineo, inis, quod est «intrare, incipere, invenire, concumbere». Ita dicit Huguitio (*s. v. Eo*). Papias dicit inire, inchoare, pactum firmare. Unde secundum ipsum inire consilium est inchoare
5 consilium. Et nota quod eo, is et queo, quis et omnia verba ab eis composita, licet sint quarte coniugationis corripunt i ante tum in supino. Excipitur ambio, bis. Unde versus (*Doctr.* 930-1 +),

10 A queo composita vel eo breviare supina
 Constat, et ambitum non corripit ambio solum.
 Ex eo dicis itum, de queo formo quitum.

Et similiter omnia participia preteriti temporis ab ipsis descendencia corripunt i ante tus. Excipitur ambitus, ta, tum. Unde Ovidius *Methamorphoseon* in principio (1, 37),

15 Iussit et ambite circumdare litora terre.

Vide supra ubi exponitur ambire.

INITIOR, aris dicitur inchoare, consecrare, sanctificare, introducere, sacrificare. Unde in Psalmo (105,28), «initiati sunt Beelphegor», id est sanctificaverunt vel consecraverunt. Quidam tamen dicunt initio, as activum. Item initiari gallice
5 dicitur estrener et entamer. Dicitur autem initiari ab initium, initii.

INITIUM dicitur ab ineo, inis, quod est incipere, sicut supra

INITUS 1 est descendens est C 3 id est inchoare C 11 dicis] detur B
16 abire A
INITIOR 3 beefegor D 4 as est activum B 5 estriner D

dictum est ubi exponitur initus. «Et est initium rei a qua quid incipit. Sed principium est verborum exordium». Ita dicit Hugutio (s. v. Eo) et videtur accepisse a Papias qui ait, «initium est rerum a quo aliquid incipit, ut fundamenta domus, carina navis. Principium autem verborum est exordium».

INIURIA dicitur iniustitia quasi sine iure vel contra ius. Unde iniurior, iniuriaris, iniuriam facere. Et iniurius, a, um dicitur tortuosus, non servans ius.

INNIXUS, a, um dicitur ab innitor, teris, quod est contra vel valde niti, adherere vel appodiari. Et componitur ab in et nitor, niteris de quo dicitur infra in suo loco.

INNOXIUS, a, um, id est sine noxa vel delicto vel culpa. Noxa enim dicitur culpa vel delictum a noceo, ces. Unde noxius et innoxius.

INOLITUS, ta, tum dicitur insuetus vel innatus. Et dicitur ab «inoleo, inoles, lui vel levi, inolitum vel inoletum, quod est insuescere». Ita dicit Hugutio (s. v. Oleo), sed Papias melius et plenius exponit dicens, «inolescere increscere, inherere, incrementum sumere, innotescere», «inolevit, invaluit, consuevit, inhesit». Secundum hoc inolitus dicitur increscens, inherens, invalescens, consuetus et corripit penultimam.

INOPS «proprie dicitur qui nichil habet, qui nec sibi potest sufficere nec aliis largiri. Sed pauper, licet aliis non possit largiri, sibi tamen sufficit». Et nota quod «antiquitus dicebatur hic et hec et hoc ops, opis, id est dives, fecundus, opu-

INITIUM 5 aliqua C; incipiunt O

INIURIA 3 servans rem vel ius A

INNIXUS 1 dicitur om. B 3 in om. B

INNOXIUS 2 culpa vel delictum om. D; delictus B

INOLITUS 2 quod est idem quod C 3-4 et melius et C 5 vel ut incrementum C; invaluit] inoluit C 6 secundum hoc] sed hic C

In marg. fol. 79 add. D: innotescere id est in notitiam venire

In marg. fol. 79 add. D: innotuit id est innotum factum est

INOPS 1 qui alterum om. C 2-3 largiri non possit BC 4 ops om. C

5 lentus. Unde componitur inops, inopis . . . Vel inops componitur ab in et ops, opis, quod est terra, quasi sine terra . . . Unde hec inopia dicitur». Ita dicit Hugutio (s. v. Obps). Vide quod dicitur supra ubi exponitur copia.

INPEREGRE adverbium est et est idem quod instabiliter vel sine certa mansione. Et ad habendam originem vocabuli huius nota quod secundum quod dicit Hugutio (s. v. Ager), «agro, agras non est in usu sed componitur peragro, peragras, 5 id est sine certa mansione huc et illuc ire, unde . . . peregre adverbium, id est ad peregrinandum, . . . et significat de loco, per locum et in loco» et componitur peregre.

INPRESENTIARUM adverbium est temporis vel loci. Secundum autem quod est adverbium temporale idem est quod in presenti sive modo, et sic accipitur Genesis ultimo f (50,20). Secundum autem quod est adverbium locale idem 5 est quod in presentio et sic accipitur Exodi xxii c (15).

INQUAM pro dico verbum est defectivum et dicunt quidam quod significat idem quod dico, dixi et dicam. Unde scribitur in Grecismo (xvii, 140),

Presens, preteritum dic inquam sive futurum.

5 Nec invenitur nisi inquam.

INQUIO, inquis idem est quod dicere et est verbum defectivum. Et licet plerique dixerint quod inquio non est in usu,

5-6 vel . . . opis *om.* A 8 quod dicitur *om.* C

INPEREGRE 2 et *om.* C 3 huiusmodi C; secundum] hoc A *ante corr.*

6 et *om.* A 7 et *primum om.* C

In *marg. fol. 79^v add.* D: impono imponis id est decipere et tunc construitur cum dativo ut impono tibi id est decipio te et tunc facit supinum impostum unde impostor impostoris id est deceptor qui male agit et inde imposterius ria um id est deceptorius malus et perversus statius theba mens cunctis imposta manet et hec impostura id est deceptio

INPRESENTIARUM 4 autem *om.* B

INQUAM 2 et *om.* AB

INQUIO 1 dixit D 2 dixerunt B

Priscianus (x, 2) tamen ponit dicens, «In io u antecedente unum invenio, scilicet inquo». Et probat per exempla aucto-
 5 rum quod invenitur inquo, inquis, inquit, inquit, in-
 quisti, inquit. Et «secundum analogiam inquam debere dici». Item inque in imperativo invenitur et in fine dicit «secundum analogiam tertie coniugationis invenitur eius tota fere declinatio verbi. Supinum vero ab eo non inveni nec
 10 que ab eo solent nasci».

INQUILINUS dicitur ille qui incolit, id est inhabitat, aliena et dicitur inquilinus quasi incolinus ab incolendo. Vide supra ubi exponitur incolo, incolis.

INQUINO, nas dicitur maculare, sordidare, inficere. Et corripit hanc sillabam qui. Unde Ovidius *Methamorphoseon* xiii a (56),

Inquinat; hic pressos latices radice nocenti.

INSERO, «ris, rui, inserere, insertum dicitur immiscere, immittere et proprie violenter. Unde inserto, tas frequentativum». Item «insero, inseris, inserui, inserere, insitum idem est quod plantare. Unde Virgilius (*Ec.* 1,73),

5 Insere nunc Melibee piros.

Et», sicut dicit Hugutio (*s. v. Sereno*), «inserere proprie est plantare per inmissionem ramorum ad invicem. Unde Ovidius (*R. Am.* 195),

Venerit insitio: fac ramum ramus adoptet».

10 Et est compositum ab in et sero, ris, quod significat plantare vel seminare. Sed quando ponitur pro seminare facit sevi

3 tamen *om.* C 4-5 actorum A 7 dici] dicere C 8 eius *om.* C
 9 vero] nec A 9-10 nec ab hiis que B

INQUILINUS 3 incolis incolui B

INQUINO 4 nocenti] vocata B

INSERO 1 immiscere inicere immittere BC 3 insevi C; idem] id C
 5 inserere ACD; melibee] me libet A, melibes B 8 Ovidius de
 remedio amoris B 9 *Post adoptet add.* B: stetque peregrinis arbor
 aperta comis

in preterito et in supino satum. Quando vero significat plantare facit serui et sertum.

INSIGNIS dicitur nobilis, preclarus, ornatus. Et declinatur hic et hec insignis et hoc insigne. Item hoc insigne dicitur ornamentum. Et componitur insignis ab in et signum, signi quasi habens eminens signum nobilitatis pre aliis.

INSIGNE castrorum vel Castorum quod legitur Actuum ultimo (28,11) exponitur sic in Historiis (1719), «'Post menses tres invenerunt navem Alexandrinam que in insula Mitilene hiemaverat cui erat castrorum insigne' cui scilicet insule,
5 quia adhuc apparebant quorundam castrorum vestigia que antiquitus ibi fuerant edificata, vel cui navi in modum castrorum erant insignia velis intexta. Alia translatio habet 'cui erat insigne Castorum' quia gemini sunt Castores, scilicet Castor et Pollux, quos gentiles precipue in periculo maris
10 invocant. Et ideo in littore maris eis templum fecerant. Hoc autem ex alia translatione evidentius est ubi dicitur 'cui erat insigne filiorum Iovis'. Fabulantur enim gentiles Pollucem et Castorem fuisse filios Iovis».

INOLESCO, inolescis, cere inchoativum est huius verbi inoleo, inoles, insolitus sum, insolere, quod est valde solere, aliter quam solitum sit se habere vel contra aliorum consuetudinem superbire, dementem esse vel fieri. Unde
5 insolens, id est superbus et fatuus, et comparatur. Unde insolenter, insolentius, insolentissime. Unde hec insolentia dicitur fatuitas vel superbia.

12 vero om. A

In marg. fol. 79^v add. D: insignire id est nobilitare ornare insignem
facere insigniter id est nobiliter

INSIGNIS 2 item hoc insigne om. C

INSIGNE 3 qui B; mitilene] lene D 6 fuerunt D 8 castrorum AC

10 hec B 12 gentile C

In marg. fol. 80^o add. D: insolenter id est superbe

INOLESCO 4 fieri] silere C 6 insolentissime adverbium BC

In textu fol. 137^v add. C: insons secundum papiam dicitur innocens
inculpabilis hugutio autem dicit quod a sono nas vel a sonus ni

INSULA, quasi in salo sita, dicitur terra undique mari circumdata. Hoc salum dicitur mare et derivatur a sal, salis quia salsum est et amarum. Nota versus differentiales qui scribuntur in Grecismo (X, 140-1),

- 5 Insula dicta maris et aque dulcis mediamnis,
 Insula fixa salo, mediamnem circuit amnis.

Vel dicitur insula ab insilio, insilis quia undique in eam insiliunt fluctus maris.

INSULSUS dicitur quasi non salsus, id est sine sapore salis vel sapientie.

- INSULTO, tas frequentativum est huius verbi insilio, insilis, quod est contra salire vel in alium salire vel insultum facere vel invadere. Unde insulto, tas frequentativum. Item insultare idem est quod deridere vel illudere. Unde de Sancto
5 Laurentio dicitur, «subicientibus prunas insultat Levita Christi», id est illudit.

- INSUMO, insumis, insumpsi, insumere dicitur expendere quasi in sumptus sumere. Unde Iacobi iiii a (3), «Petitis et non accipitis eo quod male petatis ut in concupiscentiis vestris insumatis», id est in voluptatibus vestris expendatis.
5 Unde dicit ibi glosa, «non debetis in concupiscentiis vestris insumere quia per hoc probamini amatores mundi». Et in ista significatione ponit Oratius insumere in libro Sermo-num (II, 2, 102-5) dicens,

Quod superest non est melius quo insumere possis?

dicitur hic et hec et hoc sons sontis id est nocens et culpabilis vitiosus et est tracta methafora ab olla que si ruinoso fuerit et percutiatur per sonum vitium eius apparet et componitur insons tis innocens innoxius et comparatur unde insonter tius sime adverbia et hec insontia id est innocentia

INSULA 1 solo B 5 mediamnis A 6 mediamnem AC; annis A 7 ab om. D

INSULSUS 1 id est om. C 2 vel scientie vel sapientie B

INSULTO 1 est om. C

INSUMO 1-2 dicitur . . . sumere om. D 7 libros D 9 in sumptis ponere super insumere D

- 10 Cur eget indignus quisquam de divite? quare
 Templa ruunt antiqua deum? cur, improbe, care
 Non aliquid patrie tanto emetiris acervo?

Superest, id est superfluum est, insumere, id est in sumptu ponere, acervo, scilicet pecunie. Aliqui tamen exponunt
 15 insumere, id est intus vel valde sumere vel contrasumere. Amatores enim mundi insumunt, id est intus sumunt, quia interius sumere appetunt que concupiscunt. Item valde sumunt vel extorquendo per avaritiam vel appetendo per concupiscentiam. Item insumunt, id est contra se et contra
 20 proximos sumunt avare acquirendo et iniuste detinendo. Michi videtur prima expositio prevalere.

INSTAR «indeclinabile, neutri generis et dicitur similitudo vel potius ad similitudinem, habet enim in se vim huius prepositionis ad. Unde nec preponitur ei prepositio nisi in expositione, ut cum dicitur 'hoc est instar illius', id est ad
 5 similitudinem illius». Et dicitur ab insto, instas, ut dicit Hugutio (*s. v. Stasis*).

INSTAURO, ras secundum Papiam idem est quod reparare, renovare, reintegrare, reficere vel ad similitudinem prioris restituere. Et dicitur ab instar. Unde Papias, instar veteres pro similitudine ponebant. Unde et instaurare dicebant.
 5 Vel componitur instaurare ab in et staurum, stauri, quod est lignum in quo perdita supenduntur ita ut a perdentibus inveniantur ut eis restituantur. Unde instaurare dicitur quasi in stauro ponere. Versus,

10 egere *super* eget D 11 care] quare B 12 emetiris pecunie cer-
 vo C 13-14 superest . . . pecunie *om.* B 13 superest id est super-
 fluum est *in marg.* CD 13-14 insumere . . . pecunie *om.* CD 15 id
 est *om.* C; sumere] desumere A; contrasumere] circumsumere A
 17 sumere] insumere A; item] id est A 18 desumunt A 20 acqui-
 rendo] inquirendo AD

INSTAR 1 neutri generis et indeclinabile est et A 2 huius *om.* C 3 pre-
 positio *om.* D

INSTAURO 2 reintegrare ACD; reficere *om.* B 3 ab] ad C; instar *om.*
 D 4 et *om.* BC 6 ita *om.* B 7 ut] et BC 8 unde versus C

- 10 A stando staurum lignum dic esse vocatum,
 Restituenda suis dominis quo perdita ponis,
 Quo crux signatur qua perdita gens reparatur.

INSTITA dicitur vitta, scilicet latum cingulum ut solet esse illud quo pueri in cunis ligantur. Et dicitur ab insto, instas. Et corripit penultimam.

INSTITOR, institoris dicitur mercator, ab instando vocatus quia instat mercibus emendis. Et corripit penultimam. Unde Ovidius (*A. A.* I, 421),

Institor ad dominam veniet distinctus emacem.

- 5 Grecismus (IX, 157-9) ponit differentiam inter institorem et mercatorem dicens,

Qui vendit merces mercator dicitur esse,
 Institor huic instat pretio pro diminuendo,
 Mercator vendit, institor illud emit.

- INTEMPESTUS, ta, tum dicitur incongruus, inutilis quasi sine tempore, id est actu. Unde nox dicitur intempesta quasi incongrua quia non habet idoneum tempus rebus gerendis. Dicitur etiam nox intempesta quasi sine tempore, id est sine
 5 actu per quem tempus discernitur, quia non habet tempus aptum ut actus fiat. Vel ideo dicitur sine tempore non quia non habeat tempus sed quia tempora noctis non ita dividuntur per nostros actus sicut tempora diei. Unde et quedam pars noctis dicitur intempestum, id est non oportunum
 10 vel non aptum tempus ad aliquid faciendum. Et componitur intempestus ab in et tempestus, ta, tum, quod est congruus, utilis, conveniens, in tempore suo. Vide supra ubi exponitur crepusculum.

INTERCOLUMNNIUM dictio est composita ab inter et columnna quasi inter columnnas existens, scilicet illud quod

9-11 Cf. *Brito Metricus* 1996-8 10 dominis] dicimus ACD
 INSTITA 1 vitta] irrita A; latum] latine C
 INSTITOR 8 huic] hinc B
 INTEMPESTUS 6 actus] aptus A 7 tempus om. B 8 per tempora A
 9 id est non oportunum om. C 11 intempestus om. D

ponitur inter columnas vel spatium dividens eas. Sed in
iii Regum vii f (31) ubi dicitur «media intercolumnia qua-
5 drata non rotunda» dicit glosa, «Media intercolumnia di-
cit tabulam superiorem que, sicut alie, quadrata erat simili-
que sculptura et in summitate sui habebat rotunditatem
unius et dimidii cubiti, in qua luter ponebatur».

INTERFICERE est inter duo divisionem facere, scilicet inter
corpus et animam.

INTERO, interis, intrivi, interere, intritum, id est intus te-
rere. Unde Danielis ultimo (14,32) dicitur de Abacuc quod
«intriverat panes in alveolo».

INTERNECIO, internecionis dicitur mors sive enecatio. Et
hoc internecium, internecii idem. Unde Ysidorus Ethimo-
logiarum v (26,17), «Internecii significatio est quasi quedam
hominis necatio». Et dicitur ab interneco, cas, internecui,
5 internecare, internectum, id est inter alia necare vel inter-
polatim necare vel interim dum aliquis est in itinere necare.
Et, sicut dicit Ysidorus, inter ponitur pro e ut interbibere,
id est ebibere et similiter internecare, id est enecare. Quod
autem quidam legunt et scribunt internectio, alii internicio
10 ego non approbo. De primo enim dicit Priscianus (iv, 8) in
tractatu de nominativis, «Internectus, internecti internecio
fecit, euphonie causa abiecta t». Internicio autem nichil
est, nondum enim creatum est vocabulum a quo formari
possit. Interitio autem ab intero, interis dicitur. Ubi-
15 ergo scriptum invenitur aliquid istorum nominum caveatur
in prolatione vitium scriptorum ut legatur internecio non
internecio et interitio non internicio. Item internecium se-

INTERCOLUMNIUM 4-5 quadrata . . . intercolumnia om. D 5 inter-
columnia BC

INTERO 1 intrivi AD; interitum AD 1-2 terere] terre ACD 2 di-
citur om. C; quod] qui A 3 alveo D

INTERNECIO 1 internectio tionis B 3 significatio] sacrificatio A 4 in-
ternecavi C 9 quidam dicunt et legunt et B; internicio] inter-
nitio B 10 enim] cum C; in] de C 11 internecio] internectio
BCD 12 facit C 14 intereo B 15 aliquod BC

cundum Papiam dicitur «bellum in quo omnes pereunt», nullo remanente.

INTERPELLO, las dicitur «interrogare, inter aliqua vocare, alloqui». Et, sicut ait Hugutio (s. v. Pello), componitur ab inter et pello, pellas, quod est vocare, sed «non est in usu. Sed componitur appello, appellas, ad se vocare vel ad alium
5 iudicem vocare vel alterius iudicis audientiam postulare». Et similiter componitur «compello, las, id est simul vocare vel in causam trahere». Unde ait Virgilius in ii Eneidos (279-80),

flens ipse videbat

10 Compellare virum et mestas exprimere voces.

INTERPRES, interpretis communis generis est et dicitur ab inter et pars, partis. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum x (123), «Interpres dicitur quod inter partes medius sit duarum linguarum dum transfert. Sed et qui inter deum, quem
5 interpretatur, et homines, quibus divina indicat misteria, interpres vocatur». Vel secundum Priscianum (vi, 56) interpres dicitur ab interpretor, interpretaris, quod est verbum commune, et significat exponere vel exponi unam linguam per aliam. Interpretatio enim fit in diversis linguis, ut cinos
10 grece, canis latine. Ethimologia autem fit in eadem lingua, ut cum dicitur lapis quasi ledens pedem. Interpretes biblie enumerat Ysidorus in vi (3,5-4,5) Ethimologiarum dicens quod «Ptolemeus cognomento Philadelphus . . . petiit ab Eleazaro pontifice scripturas veteris testamenti quas in gre-
15 cam vocem ex hebrea lingua lxx interpretes transtulerunt . . . Fuerunt autem et alii interpretes qui ex hebrea lingua in grecam sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symachus et Theodotion, sicut etiam et vulgaris illa editio cuius auctor

INTERPELLO 1 aliqua] alia C 4-5 vel . . . vocare *om.* A 6 componitur *om.* C; id est *om.* D 7 vel *om.* D; ait *om.* C; ii] vii C 10 compellere C

INTERPRES 9 enim *om.* C 10-11 ethimologia . . . pedem *om.* C 10 autem] enim B 12 parum enumerat A 13 philadelphiis C 14 scriptores C; veteres B 14-15 greca voce C 18 actor A

non apparet et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio
 20 nuncupatur. Preterea sextam et septimam editionem Origines
 miro labore repperit et cum ceteris editionibus comparavit.
 Presbiter quoque Ieronimus, trium linguarum peritus,
 ex hebreo in latinum eloquium easdem scripturas convertit
 eloquenterque transfudit. Cuius interpretatio merito ceteris
 25 antefertur, nam est et verborum tenacior et perspicuitate
 sententie clarior». In libro Papie eadem verba scribuntur.
 In Historiis (1069) dicitur sic, «Ante incarnationem domini
 annis cccx, temporibus Ptolomei Philadelphi lxx interpretes
 floruerunt. Post ascensionem domini annis cxxiii Aquila
 30 primus interpres ex hebreo in grecum floruit, Adriano regnante.
 Deinde post annos liii, Commodus regnante, Theodotio.
 Deinde post annos xxx, sub Severo, Symachus. Deinde
 post annos viii quinta editio Ierosolimis inventa est que,
 quia auctor eius ignoratur, vulgata dicitur . . . Deinde post
 35 annos xviii, sub Alexandro, Origines correxit lxx cum asterisco
 et obelo; postea transtulit sine hiis. Hii omnes de hebreo
 in grecum transtulerunt. Qui autem de greco in latinum
 plures. In primitiva enim ecclesia scioli utriusque lingue
 de greco in latinum transferebant sermonem. Ieronimus
 40 ultimo de hebreo in latinum, cuius editio ubique a nobis
 servatur». Et nos addamus quod nullius editio a plerisque
 servatur, sed postillas Bede et Rabani et aliorum glosatorum
 sepe pro textu legunt, cum tamen vera littera in antiquis
 bibliis et originalibus libris de facili posset inveniri.

INTERRASILE dicitur interpolatum celatura et plano, planum enim inter celaturas quasi rasum videtur. Et declinatur hic et hec interrassilis et hoc interrassile.

21 editionibus *om.* C 23 ex hebreo *om.* BCD 27 dicitur] scribitur
 B 28 ptolemei et philadelphi B 29 cxxiii C 31 anno A, alios C
 34 actor AB; et vulgata AD; deinde *om.* D 35-36 austerico A,
 asterico B, austroico D 36 postea transtulit *iteravit* C 39 ieronimus
 vero B 40 ultimus A 41 quod] quia C 42 sed Bede et Rabani
 et postillas et aliorum B

INTERRUMPO, pis, interrupti, id est interim vel inter alia rumpere vel intermittere.

INTERVALLUM secundum Papiam et Ysidorum (xv, 9, 2) « dicitur spatium inter capita vallorum, id est stipitum, quibus vallum fit. Unde et cetera quoque spatia intervalla dicuntur ». Tamen magis proprie intervallum dicitur spatium
5 temporum, intercapedo vero distantia locorum. Componitur autem intervallum ab inter et vallus, li, quod est palus, sic dictus quasi validus. Unde hoc vallum dicitur concatenatio palorum circa turrin. Unde scribitur in Grecismo (xii, 202-3),

10 Est vallus palus circa turrin preacutus,
Mutua vallorum connexio sit tibi vallum.

INTESTINA dicuntur interiora corporis quasi intus stantia quia sunt in interiore parte corporis. Unde dicitur intestinus, na, num idem quod intrinsecus.

INTEXO, intexis, intexui, intexere, intextum, id est in vel valde texere, interponere, interserere, inter aliqua aliquid texere. Et est compositum ab in et texo, is, texui, quod est telam facere, cooperire, ordinare, construere.

INTOLERABILIS, le dicitur non tolerabile, quod scilicet non valet vel non debet tolerari vel sustinere vel sufferi. Et nota quod tolero, ras et que ab eo descendunt per simplex l scribuntur et ubique corripiunt hanc sillabam to. Unde Ovidius
5 Methamorphoseon x (ix, 289-90),

nec enim tolerare labores
Ulterius poteram.

Ita dicebat Alcmene.

INTERRUMPO interrupti, interrumpere B; interimi AC
INTERVALLUM 2 stipitum A, stupitum C 3 et om. D 5 vero om. C
6 vallus] vallum C 8 circa] contra B 10 circa] contra B
INTESTINA 2 interiore] interiora B
INTEXO 1 in] vi A, intus D; in vel om. C 2 imponere C
INTOLERABILIS 1 intolerabilis om. A; scilicet quando B; non om. B
2 vel sufferi om. C 3 et om. C 8 almene O

INTUERI dicitur contra aliquem vel intus vel diligenter versus aliquem tueri. Et potest esse infinitivus duorum verborum. Dicitur enim tuor, tueris, tuitus sum, tueri, id est inspicere vel defendere. Item dicitur tueor, tueris secunde
 5 coniugationis, tutus sum, tueri, id est inspicere, defendere, protegere. Unde versus (*Doctr.* 945),

Dat tueor tutum, tuitum tuor, ambo tueri.

Et dicit Hugutio (*s. v.* Tueor) quod tuor debet «facere infinitivum tui, sed causa differentie ad tui pronomen deficit
 10 et accipit mutuo tueri. Composita tamen ab eo habent infinitivum, scilicet contui, detui et cetera». Quod non credo, immo dico quod debet dici detueri, contueri et sic de aliis. Item dicit quod «tuor raro invenitur pro defendere et sepius pro inspicere. Econtra tueor raro invenitur pro inspicere et
 15 sepe pro defendere, sed composita raro vel numquam inveniuntur nisi pro videre». Omissis opinionibus nota quod dicit Priscianus (VIII,95) ubi agit de coniugatione quod sunt quedam verba «que quamvis eandem significationem habeant, diverse tamen sunt coniugationis in usu» et inter
 20 huiusmodi enumerat tueor, eris et tuor, eris.

INVESTIGARE dicitur explorare, inquirere, vestigia sequi.

INVIA deserta est quam non colit incola tellus.

INVIDIOSUS ego, non invidus esse laboro

Invidus est qui de, sed de quo est invidiosus. (*Grec.* XIII, 208,207)

INVISO, invisis, invisī, invisere verbum desiderativum est, id est cum desiderio videre, intus visere. Et ponitur pro vi-

INTUERI 1 aliquid B 2 intueri AD 3 id est *om.* C 4 spicere C; item *om.* C 5 inspicere vel D 6 protegere *om.* D 7 tuor] tutor D 8 deberet C 8-9 infinitivum modum tui C 9 ad] a B 12 dico] credo A 14 econtra] contra D 16 omissis autem B

INVESTIGARE explorare] plorare B

INVIA est *om.* A; quam *etc.*] quam incolit tellus quasi sine via C

INVIDIOSUS 2 de alio sed A

INVISO 1 desideratum C

sitare. Vide infra ubi exponitur viso, visis quid dicitur ibi de supino.

INVOLUCRUM dicitur involutio cuiuslibet rei quod etiam fit cum in dictis nostris aliud quam videatur involvitur.

IOTA est nona littera in alphabeto greco nisi velimus computare figuram episimon, que sic scribitur S, que non est littera, sed nota numeri. Et dicit Augustinus (*De serm. in Monte, PL 34, 1239*) quod «iota est minor ceteris litteris quia uno ductu fit, apex autem aliqua in summitate illius particula».

IPOCRITA dicitur fictor, simulator et representator alterius persone, simulat enim se esse id quod non est. Et componitur ab yper, quod est super, et crisis, quod est aurum quasi suprauratus quia in superficie et exterius videtur bonus cum interius sit malus. Vel componitur ab ypo, quod est sub, et crisis, quod est aurum, quasi habens aliud sub auro. Habet enim aurum in superficie, sed subtus latet lutum. Unde contra tales potest dici illud quod scribitur in Aurora (*Danielis 459-60*),

10 Auri nobilitas luteam si vestiat ollam
Non ideo sequitur hanc minus esse lutum.

3 quid] quod C

INVOLUCRUM 1 etiam] et BC 2 involvitur et dicitur ab involvo involvis C

IOTA 1 in om. B 2 epsilon A, apsinon BD 3 numeri] tantum B 4 quod om. BC; minor] quatuor C; quia] quod A 5 dictu C; autem] aut ACD; aliquam A

In marg. fol. 81^v add. D: ipe grece latine dicitur ire anti contra inde dicitur hec ipapanti indeclinabile id est obviatio vel occursus unde representatio domini in templo scilicet festum purificationis beate virginis dicitur ipapanti quia tunc symeon obviavit et occurrit christo et accepto eum in ulnis suis et templo presentavit

In marg. fol. 82 add. D: iperliricus ca cum id est dulcis et delectabilis super cantum lire

IPOCRITA 2 id] ad C 3 ypos quod est sub B 4 suprauratus] sub auro B 5-7 vel . . . lutum om. B 5 ypos O 7 latet] iacet D 8 dici] scribi C 11 hanc] non B

Unde hec ipocrisis dicitur simulatio ipocrite. Et est ipocrita communis generis.

IRA recens furor est, odium facit ira vetusta,
Preterit ira cito, vix iracundia transit.

Ita dicit Grecismus (x, 136-7).

IRRETIO, irretis dicitur reti involvere et illaqueare.

IRIS, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xiii (10, 1), « proprium nomen est arcus celestis. Et dicitur iris quasi aeris, id est quod per aera descendat ad terras. Hic autem a sole resplendet dum cave nubes ex adverso radium solis accipiunt
5 et arcus speciem fingunt, cui varios colores illa dat res quia aqua tenuis, aer lucidus et nubes caliginantes, irradiata ista varios creant colores ». Item Beda (*De rerum natura*, PL 90, 252) loquens de natura rerum sic ait, « Arcus in aere quadricolor ex sole adverso nubibusque formatur dum ra-
10 dius solis immissus cave nubi repulsa acie in solem refringitur, instar cere imaginem anuli reddentis, qui de celo igneum, de aqua purpureum, de aere iacinctinum, de terra gramineum trahit colorem. Rarius autem estate quam hieme et raro noctibus nisi in plenilunio cernitur, utpote de luna
15 refulgens ». Huguitio (s. v. Eris) ita dicit, « hec iris, huius iris vel iridis dicitur arcus celestis ». Et dicitur ab « eris grece, quod est lis latine », quia, secundum fabulas, « nuntia est et pediseca Iunonis » et « raro mittitur nisi ad litem et discordiam concitandam ». « Et nota quod iris nichil aliud est
20 quam nubes soli opposita et radiis solis multipliciter informata. Ea enim est natura luminosi corporis ut semper in

In marg. fol. 81^v add. D: ipocrita dicitur ab ipo quod est falsum et crisis quod est iudicium quia cum intus malus sit bonum se palam ostendit et ita de eo habetur falsum iudicium

In marg. fol. 79^v add. D: ipotheca est obligatio rei immobilis

IRRETIO retum B

IRIS 2 celestis] cele C 3 hec C 4 cave] cane B 10 dimissus C; cane B 10-11 restringitur ACD 11 reddentes B 15 ita] tamen B 16 eris] aeris BC 18 pedissequa iunonis D; et *primum*] vel C

opposita radios dirigat. Sol ergo, cum sit luminosum corpus, radios suos mittit in partem oppositam, in qua quandoque nubem invenit que in una sui parte est densa, in alia densior, in alia densissima; item in alia sui parte est rara, in alia rarior, in alia rarissima. In illa que est densa solares radii, quasi in vitro inclusi, rubeum colorem faciunt; in densiori ceruleum; in densissima nigrum. Item in rara faciunt viridem, in rariori croceum, in rarissima album. Et ita secundum maiorem densitatem illius nubis magis accedit ad colores nigredini affines». Secundum maiorem raritatem magis accedit ad colores albedini affines. «Preterea nubes illa quoddam corpus est compositum ex iiii elementis et aquosum, radiisque solaribus accensa, a quatuor elementis quadripartitum trahit colorem: ab igne rubeum, ab aere ceruleum sive lividum vel purpureum, ab aqua viridem, a terra nigrum. Hinc est quod si videatur iris in mane videtur in occidente; si in vespere, videtur in oriente; si in meridie, videtur in septemtrione. In meridie numquam videri potest, cum sol in opposita parte numquam possit esse».

IRRITO, tas, correpta hac sillaba ri, dicitur evacuare, vanum facere, debilitare, destruere. Et componitur ab in et ratus, ta, tum, quod est firmum. Unde irritus, a, um, id est vanus, cassus, non firmus.

IRRITO, tas, producta hac sillaba ri, dicitur provocare, contra ritum alicuius facere. Et componitur ab in et hic ritus, tus, tui, quod est consuetudo. Unde versus,

Irritat evacuat, irritat provocat iras. (*Grec.* xv, 180)

5 Irritat hunc dominus qui nos irritat ad iram.

23 immittit A; parte opposita B 24 invenitur AD 24-25 densior et in CD 28 item in densissima A 33 illa quia quoddam C 34 aquosum . . . elementis *om.* C 35 contrahit BC 39 in meridie vero B

IRRITO (1) 4 cassus *om.* B

IRRITO (2) 1-2 contra ritum] contrarium B 2 hic *om.* C 3 tui id est quod C; quod est consuetudo *om.* D 4 provocat] commovet B; iram D 5 irritet O

IRRIGO, gas dicitur valde vel intus rigare, madefacere, humectare. Et corripitur media sillaba. Unde Virgilius Eneidos i g (691-3),

- 5 At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat, et fotum gremio dea tollit in altos
Idalie lucos etc.

Idem iii d (511),

Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.

- Unde irriguus, ua, uum, id est madidus, fertilis et fecundus.
10 Unde hoc irriguum. Irrigare componitur ab in et rigo, gas, quod est madefacere, humectare.

IRROGO, gas dicitur inferre. Vide versus suprapositos ubi exponitur arrogans et patebit compositio.

IRRUGIO, irrugis, irrugii vel irrugivi, irrugire dicitur intus vel valde rugire, ad modum leonis clamare. Et est compositum ab in et rugio, gis, quod proprie leonum est.

- ISOPUS «herba est pulmonibus apta purgandis. Isopus etiam dicitur sparsorium aque quia in quibusdam locis fit ex illa herba. Vel dicitur sic propter similitudinem purgationis». Ita dicit Hugutio. Et est feminini generis. Unde iii Regum 5 iiiii g (33) dicitur de Salomone quod «disputavit super lignis a cedro, quod est in Libano, usque ad isopum, que egreditur de pariete». Ysidorus tamen ponit in neutro dicens in xvii (9,39), «Isopum herba purgandis pulmonibus apta. Unde et in veteri testamento per isopi fasciculum aspergebantur
10 agni sanguine qui mundari volebant. Nascitur in petris, herens saxo radicibus». Item Macer De viribus herbarum (1503-4) ponit in neutro et corripit penultimam dicens,

IRRIGO 2 Eneidos *om.* A 5 forum AD; gremium A 6 ytalie B; ludos A 8 fessos] fossor D 10 hoc *om.* B

IRROGO 2 arrogas A, arrogat D

IRRUGIO 3 proprium C

ISOPUS 2 spersorium C; quia] et C, *om.* A 5 quod] qui B 7 posuit D 8-9 unde et *om.* D

Est isopum siccum, calidum quoque, tertius illi
Est in utroque gradus etc.

15 Item in Aurora (?) corripitur media ubi dicitur,

Est humilis petreque suis radicibus herens
Et vitiis isopus pectoris herba medens.

Alii dicunt quod media est indifferens. Magister Bene (*Paris. Lat. Nouv. Acq. 353, fol. 49*), cui in hoc assentio, dicit
20 quod semper producit. Unde ille egregius versificator
Bernardinus ait (*De mundi universitate* III, 361),

Pectoris herba cavas rupes insedit isopus.

Item Alanus dicit in Anticlaudianus in fine quarti libri (v, 537) sic,

25 Se celum terre conformat cedrus isopo.

Item alius,

Ad pulmonis opus confert medicamen isopus.

Omissis ergo opinionibus Doctrinalis et suorum sequacium
dicamus quod isopus tantum producit mediam. Est enim
30 grecum et apud Grecos producit duplici ratione, scilicet
scriptura et accentu. Scriptura quia scribitur per ω mega,
id est per o longum, quod in nulla sillaba breviatur, ipsi
enim habent o longum et o micron, id est o breve quod sci-
licet brevem facit sillabam in qua ponitur, que differentia
35 litterarum non est apud nos. Annotatur etiam oxia, id est
acutus accentus super predictam sillabam.

IUBILEUS «interpretatur remissionis annus. Est enim he-
braicus sermo et numerus, qui septenis ebdomadibus an-
norum, id est xlix annis, contextitur, in quo clangebant tube
et ad omnes revertebatur antiqua possessio, debita absolve-
5 bantur et confirmabantur libertates». Ita dicit Ysidorus

18 hec media A 19 cui bene in hec assentio A, cui in hoc assentio
bene B 24 sic ait B 26 alius] alanus A 28-29 sequentium dicatur
A 31 ω] m AB, om. CD 33 enim om. D; et om. A; iomicron A;
micron uncton D 33 brevem B 35 vel etiam D; etiam] enim C
36 sillabam productam B

IUBILEUS 2 et sermo et C 3 id est] in D 4 et om. B

- Ethimologiarum v (37,3). Et Papias idem dicit. In Historiis (1095) autem super Genesis xiii dicitur sic, «a victoria Abraham tradunt iubileum initium habuisse pro remissione captivorum. Iobel enim interpretatur remissio vel initium.
- 10 Unde iubeus remissivus vel initiatus. Ob hoc autem institutus est quinquagesimus quia tunc erat Loth, ut dicunt quidam, quinquaginta annorum, vel tunc erat quinquagesimus annus ex quo dominus locutus est Abrahe in via vel ex quo egressus est de Charram. Vel Abraham peritus fuit
- 15 astorum in quibus etiam secundum quosdam Zoroastrem, magice artis inventorem instruxit, noverat enim quod intemperies aeris, que fit ex elevatis vel depressis planetis, semper usque ad quinquaginta annos ad temperiem redit, et quod vidit fieri in astris voluit imitari in terris». Item in
- 20 Historiis (1214 sq.) in fine Levitici invenies multa de iubileo. Et licet dicatur a Iobel, euphonie tamen causa non dicitur iobeleus sed iubeus, licet plerique scripserint iobeleus pro iubeus et Esaias pro Isaia. Non enim derivata semper retinent easdem litteras quas habent primitiva, bestia enim
- 25 quasi vastia a vastando dicitur, et bene adverbium a bonus, na, num, et bubalus a bos, bovis, et bucca a boo, boas, quod est resonare, vel melius a bolos, quod est morsellus, et capio, capis quasi bolos capiens. Et multa alia exempla possumus ponere in quibus vel prorsus alie scribuntur littere quam in
- 30 primitivis vel saltem alique variantur. Secundum Huguitionem (s. v. Iubilus) dicitur iubeus a iubilo, las, sicut patet infra proximo.

IUBILUS est gaudium quod verbis explicari non potest nec tamen penitus reticeri. Secundum Huguitionem «iubilus

7 autem om. A; dicit B 8 pro hac C 9 vel] id est B 10 inde C; initiatus] initians C; autem] etiam C 13 Abre BD 14 est] erat BC; charain B, chartam C 15 zoroasten C, zoroastem D 22 iobeleus *primum*] ioboleus B, iobelus D; iobeleus *alterum*] iobelus D 24-25 bestia . . . dicitur] ut patet cum dicitur bestia quasi diceretur vastia a vastando B 28 quasi bonos capiens morsellos B; talia B 29 in quibus om. C; vel om. B 30 aliqua A; secundum autem B

est argutus et sonorus et letabundus cantus. Proprie quidem iubilus est vox confusa pre gaudio. Unde iubilo, las » dicitur
 5 cantare, gaudere, quadam voce confusa pre gaudio exultare. Unde «hic iubileus, id est annus requietionis, gaudii et letitiae et remissionis», quo servi liberi iubilo christianitatis dominabantur», debita relaxabantur, capitivi absolvebantur, possessiones gratis restituebantur. Verba sunt Huguitionis.

IUDICES «dicti quasi ius dicentes populo sive quod iure disceptent. Iure autem disceptare est iudicare iuste. Non est enim iudex si non in eo iustitia est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (4,14) et eadem recitat in xviii (15,6).
 5 Unde quidam versificator dicebat pape equitanti in albo equo,

Hoc notat albus equus quod tu sis arbiter equus;
 Si non sis equus non decet albus equus.

IUDICIUM dicitur quasi iuris dictio.

IUGALIS dicitur iugo assuetus, sub iugo positus quia domitus. Et dicitur a iugum, iugi, quod infra exponitur. Et declinatur hic et hec iugalis et hoc iugale. Et componitur hic et hec subiugalis et hoc subiugale quasi sub iugo positus, quod
 5 infra in suo loco exponitur.

IUGERUM, iugeri, secundum quod communiter accipitur, est spatium terre quod unum aratrum potest arare in die. Et invenitur hoc iuger, iugeris in eadem significatione. Unde Ovidius in iiiii (457-8) Methamorphoseon,

5 Viscera prebebat Titius lanianda novemque
 Iugeribus distractus erat.

IUBILUS 3 et proprie D; quidem] autem BC 6 requiei communis gaudii D

IUDICES 4 viii D 7 Cf. Walther², no. 11037; notat] decet C

IUGALIS 3-4 et componitur . . . subiugale om. A 5 exponitur B

IUGERUM 5 totius B 6 districtus B; post erat add. C: priscianus (vii, 24) ubi agit de genitivo plurali secunde declinationis dicit quod invenitur hoc iuger iugeris Eadem verba habet A in marg. cum nota insertionis post significatione (v. 3)

Ysidorus in xv (15,5) Ethimologiarum sic ait, «Iugerum constat longitudine pedum ducentorum xl, latitudine centum viginti».

IUGIS secundum Papiam et Huguitionem (s. v. Iungo) dicitur frequens, assiduus, continuus, perseverans. Et declinatur hic et hec iugis et hoc iuge. Unde iugiter adverbium, id est frequenter, assidue, continue, perseveranter. Iugis producit primam sillabam. Unde Oratius in Epistulis (I, 15, 15-16),

Collectosne bibat imbres puteosne perennes
Iugis aque.

Item in libro Sermonum (II, 6,2),

Ortus ubi et tecto vicinus iugis aque fons.

IUGUM vocatur cacumen montis et dicitur a iungo, iungis quia propinquitate iugorum colles iunguntur. Et assignat Ysidorus differentiam inter collem, iugum et tumulum, dicens in xiiii (8,19-21) Ethimologiarum, «Colles sunt promi-
5 nentiora iuga montium quasi colla. Iuga autem montium ex eo appellata sunt quod propinquitate sui iunguntur. Tumulus est mons brevis quasi tumens tellus. Item tumulus est terra congesta ubi nulla memoria est». Item a iugo dicitur iugosus, sa, sum, id est montuosus et cacuminosus. Iu-
10 gum etiam dicitur ligneum instrumentum quo boves iunguntur, et per quandam similitudinem iugum dicitur servitus. Vide infra ubi exponitur mons.

IUGULARE, id est iugulum incidere, dicitur a iugulo. Et nota quod dicitur hic iugulus pro gutture vel pro gutturis incisione. Unde Lucani ii (317),

IUGIS 5 ovidius C 6 puteus A, puteosve B, puteusne D 9 arcus B; ubi et] ut et A, ubi D; recto D

IUGUM 4-5 prominentia C 6 sunt om. C; quod] quia BD 7 brevis om. A 8 congesta vel coniecta B 9 montuosus, sa, sum B 11 et om. B

In marg. fol. 84 add. D: a iugum hic et hec iugis et hoc iuge id est assiduus continuus unde iugiter adverbium id est assidue continue perseveranter et hec iugitas tis id est assiduitas perseverantia

Hic dabit hic iugulus pacem finemque malorum.

5 Idem x g (387-8),

iugulus mihi Cesaris haustus

Hoc prestare potest.

Hoc iugulum dicitur parvum iugum. Diminutivum est a iugo.

IUNIPERUS arbor est cuius cineres pleno anno servant ignem. Unde dicitur iuniperus quasi gignens pir, id est ignem. Unde dicit Ysidorus in xvii (7,35) Ethimologiarum, «Iuniperus grece dicta sive quod ab amplo in angustum
5 finit, ut ignis sive quod conceptum diu teneat ignem adeo ut si prune ex eius cinere fuerint operte usque ad annum perveniant, pir enim apud Grecos dicitur ignis».

IURGIUM secundum Papiam dicitur convicium, causa, lis, contentio. Et dicitur a iurgo, gas, quod est rixari vel litigare, et proprie in causis agendis. Unde dicitur iurgare quasi iure agere vel iure garrere. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii
5 (15,4), «Iurgium dicitur quasi iuris garrium eo quod hii qui causam dicunt iure disceptent». Item iurgare dicitur «reprehendere, castigare, corrigere, culpae, verbis impugnare. Et secundum hoc construitur cum accusativo». Ita dicit Hugutio (s. v. Iubeo). Et per compositionem obiurgo, gas.
10 Et nota quod iurgo et obiurgo pro litigare neutra sunt. In alia significatione sunt activa et in eadem significatione invenitur iurgor, aris et obiurgor, garis.

IUS aqua, ius regimen, ius dicitur esse potestas.

«Ius prophanum» dicitur brodium vel aqua in qua coquuntur carnes porcine que prophane sunt Iudeis Isaie lxxv b (4).

IUNIPERUS 1 arbor est quedam BC 3 dicit om. D 4 sive om. B 6 ex
om. B; cooperte C 7 pira C
IURGIUM 2 litigari B 4 vel om. D 5 dicitur om. BC 6 disceptant A
11 alia vero B
IUS AQUA 1 regnum B; esse] ipsa C 2 dicitur esse B; vel etiam aqua
C; in quo B 3 xlv D

IUVENTUS vel iuventa dicitur etas iuvenilis, scilicet a xxviii anno usque ad quadragesimum annum. Vide supra ubi exponitur adoleo, les.

IXON, ixonis avis est de genere vulturis, alba, et est minor quam vultur.

K

KALENDE dicuntur primi dies mensium, sicut enim dicitur in Compoto, tres dies sunt in quolibet mense specialia nomina habentes a quibus denominantur omnes alii dies appositis dictionibus numeralibus, scilicet kalende, none, idus.

5 Dies initiales mensium dicuntur kalende quasi colende quia prima dies cuiuslibet mensis colebatur antiquitus in honore Iunonis. Unde Ovidius in libro Fastorum (I, 55),

Vendicat Ausonias Iunonis cura Kalendas

Vel dicitur Kalende a kalo, quod est voco, quia preco ascen-
 10 debat locum eminentem et clamabat totiens kalo quot dies erant usque ad nundinas vel totiens per quot dies debebant durare nundine. Et ideo dicuntur kalende in plurali numero. Hoc autem fiebat ut mercatorum adventus et recessus latronibus occultarentur. Nesciebant enim latrones quare
 15 preco totiens proclamaret et ita nesciebant quando deberent ponere mercatoribus insidias in viis. Vel dicuntur kalende a kalo, quod est bonum, quia in prima die mensis solebant amici quedam bona sibi invicem dare ut per totum mensem

In marg. fol. 84 add. D: iuvenis iuveneo nes nui id est esse vel fieri iuvenem virere florere resplendere que sunt proprietates iuvenum unde ensis dicitur iuvenere cum purgatus resplendet et componitur reiuvengo nes et hinc inchoativum iuvenesco item a iuvenis iuvenor aris more iuvenum se habere

IUVENTUS 2 annum *om.* BD 3 adoleos les D

IXON 1 est *primum om.* C

KALENDE 4 none et idus B 6 honorem B 9 preco antiquitus B 10 eminentiorem B 11 per] pro A 14 a latronibus A 15 preclamar-
 ret A 17 kalon B

bene eis eveniret. None autem dicuntur a non quia nullus
20 deus habuit festum in nonis. Unde Ovidius (*Fast.* I, 57),

Nonarum tutela deo caret,

id est none carent tutela dei, ut fiat ypallage. Vel dicuntur
none a nundinis quia per tot dies durabant nundine quot
sunt none. Vel dicuntur none quasi nove propter instituta
25 innovata et renovata singulis mensibus quondam apud
Romanos. Idus vero dicuntur quasi divisiones ab iduo, iduas,
quod est dividere, quia dividunt mensem fere in duas partes
equales vel quia tunc dividebantur nundine. Ab istis ergo
tribus diebus, apposisis dictionibus numeralibus, denomi-
30 nantur alii dies, ut xi kalendas Martii, id est xi die prece-
dente kalendas Martii. Similiter iiii nonas, id est iiii die ante
nonas. Et viii idus, id est viii die ante idus. Si queratur quare
non dicitur ii kalendas et ii nonas et ii idus, sicut dicitur iii
et iiii, sed dicitur pridie kalendas, pridie nonas, pridie idus,
35 ratio est quia hec dictio secundo dicitur a sequor, sequeris.
Unde secundum hoc si diceretur ii illa dies deberet sequi et
esset sensus ii kalendas, id est die sequente kalendas, et sic
de aliis. Quia igitur non de sequente sed de precedente die
fit mentio ideo convenienter dicitur pridie non ii, et est sen-
40 sus pridie kalendas, id est priori die ante kalendas vel die
precedente kalendas. Et similiter expone pridie nonas et
pridie idus. Nota quod quandocumque sanctorum festa que
in martyrologio recitantur in kalendis, nonis vel idibus an-
notantur debet ille qui legit proferre predictos dies ablative
45 ut dicat sic, kalendis Maii luna prima. Similiter nonis Maii
luna tertia. Similiter idibus Maii luna iiii. Et est sensus
kalendis Maii luna prima erit, id est in kalendis Maii. Et
similiter expone de nonis et idibus. Quando vero festa que

19 a] quasi C; ullus C 21 carent B 22 nona caret A; yparlage
B 27 dividere] divido dis A; fere om. C 28 dividebant C 29
diebus apposis om. B 30 martii om. BCD; id est om. D; 32 id
est] in D 34 et pridie idus B 38 die om. B 40 id est om. A
41 nonus C 42 et nota C; que] qui B 43 matrologio D 44 abla-
tive A 45 prima] previa B 47 erit om. A; id est om. A

recitantur precedunt kalendas nonas et idus tunc debent
 50 proferri in accusativo ut dicatur xi kalendas Maii luna prima
 quasi diceret luna erit prima xi die ante kalendas Maii. Et
 similiter expone de nonis et idibus. Unde versus,

Dic lector nonas sic idus atque kalendas
 Cum preeunt festa que recitantur eas.
 55 Sed dicas nonis sic idibus atque kalendis
 Quando sanctorum festa coluntur in hiis.

L

LABIA, ut ait Ysidorus in xi (1,50) Ethimologiarum, «a lam-
 bendo nominata sunt. Quod autem superius est, labium
 dicimus; quod inferius, eo quod grossius est, labrum. Alii
 virorum labra, mulierum labia dicunt». Quedam enim aspe-
 5 ritas pilorum est in labiis viri que non est in labiis femine et
 illa denotatur per hanc litteram r que aspere sonat cum di-
 citur labrum, labri. Alii dicunt labrum vasis et labium oris;
 econverso tamen frequenter invenitur. Invenitur enim la-
 bium luteris id est reflexio quedam in summitate que solet
 10 fieri ornatus causa vel ipsa extremitas in parte superiori.
 Invenitur etiam labium mense, id est margo vel extremitas.
 Item labium vel labrum a lavando dicimus luterem vel al-
 veum vel quodcumque vas factum ad lavandum. Unde su-
 per illud Exodi xxx d (18), «Facies et labium sive labrum cum
 15 basi sua ad lavandum» dicit glosa, «labium erat vas in quo
 lavabantur ingressuri templum dei et sacrificaturi et vestes
 sanctas accepturi et deposituri et egressuri, factum de spe-
 culis mulierum que excubabant ad ingressum tabernaculi». Sic
 ergo dicitur labium quasi lavium.

LABRUSCA «est vitis agrestis que in terre marginibus nasci-

49 deberet D 50 proferre A 51 erit] est C 55 dices C
 LABIA 3 quod autem inferius C; eo quod grossius est] est et grossius B,
 eo quod grossius C 3-4 abii virorum alii mulierum A 5 femine]
 mulierum B 6 denotantur A 8 invenitur alterum om. A 8-9 la-
 brum BC 16 sacrificatur C 19 lavivium C

tur et inde labrusca dicta a labris, id est extremitatibus terre». Sic exponit Ysidorus Ethimologiarum xvii (5,3). Dicitur ergo labrusca quasi in labris crescens vel quasi labra
5 capiens.

LAC liquor est mamme, piscis lactes habet in se.

Hec lactis quedam pars est intestinorum piscium, alba, mollis et tenera. Item lactis, ut dicit Hugutio, est illud «intestinum vel pellicula in qua lac in quibusdam partibus coagulatur. Unde Persius (2,29-30),

qua tu mercede deorum
Emeris auriculas? Pulmone et lactibus unctis?

LACERTUS id est superior pars brachii. Et dicitur a lacerō, as eo quod sit ad lacerandum habilis et quia a corpore videtur laceratus. Unde hic lacertus est hec lacerta dicitur quodam reptile de quo dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (4,
5 34-8), «Lacertus reptile genus et, vocatus ita quod brachia habeat. Genera lacertorum plura, ut botrax vel botraca, salamandra, saura, stellio. Botraca dicta quod rane habeat faciem, nam Greci ranam botracam vocant. Salamandra vocata quod contra incendia valet. Cuius inter omnia venenata
10 vis maxima est, cetera enim singulos feriunt, hec plures pariter interimit. Nam si arbori irresperit, omnia poma inficit veneno et eos qui ederint occidit, que, etsi in puteum cadat vis veneni eius, potantes interficit. Ista, contra incendia repugnans, ignes sola animalium extinguit, vivit enim in
15 mediis flammis sine dolore et consumptione, et non solum

LABRUSCA 2 a] quia in B 4 labrusca quasi *om.* A; in *om.* AD; vel *om.* D; labris D

LAC 2 est] dicitur BC

LACERTUS 1 et *om.* DC 3 et] vel BC 3-4 quiddam C 5 ita] ideo A 6 lacertorum sunt plura A 7 salamandra] *in marg. add.* D: salamandra est unum de quatuor animalibus que singula ex singulis puris elementis vivunt unde quidam quatuor ex puris vitam ducunt elementis / talpe terra cibus camaleon in aere vivit / allec unda fovet flamme pascunt salamandram; quod] quia B 10 hoc AD, hec autem B 12 etsi] etiam si A 15 non *exp.* C

non uritur sed extinguit incendium. Saura lacertus est qui, quando senescit, cecantur oculi eius et intrat in foramen parietis, aspiciens contra orientem, et orto sole incenditur et illuminatur. Stellio de colore inditum nomen habet, est
 20 enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. Unde Ovidius in v (460-1),

aptumque colori

Nomen habet variis stellatus corpore guttis.

Hic autem scorpionibus adeo contrarius traditur ut viso eo
 25 pavorem hiis afferat et torporem». Item lacerta vel lacertatio est complexio brachiorum, quantum scilicet spatium potest quis cum brachiis complecti. Item a lacertus lacertosus, sa, sum, id est fortis.

LACINIA «vestis lacerata vel hora vestimenti» dicitur a lacero, ras. Ita dicit Hugutio (s. v. Lacero). Unde super illud Threnorum iiii (14), «cumque non possent intrare tenuerunt lacinias suas» dicit Ieronimus in originali, cum non
 5 possent intrare, subauditur recto tramite incedere, tenuerunt lacinias suas. Hoc est aliorum ducatum expetebant ut eorum actuum exemplis, quasi quibusdam laciniis tracti, gressum imitarentur precedentium. Unde lacinio, lacinias, id est «lacerare», et laciniosus, sa, sum, id est «laceratus
 10 vel pannosus». Ita dicit Papias. In Grecismo (XII, 421-2) scribitur sic,

Aucupis est laqueus clamidisque lacinia nodus
 Ac depictorum laquearia dic thalamorum.

LACTEO lac sugo, lacto lac prebeo nato, (*Grec.* XIX, 19)
 Infans dum lactet, hunc nutrix sedulo lactat.

LACTUCA «dicta est eo quod abundantia lactis exuberet, seu

17 et om. D 18 incendit ABD 19 inclitum A, indictum B 20 tergore] corpore B 23 corpora AD 25 laceratio D 26 completio D
 LACINIA 1 lacerta AB 2 ita] item D 3 possent] pos C 7 actum A; quibus C 8 lacinio om. B 9 laciniosus ABC
 LACTEO 2 lactet] latet; lactat] lactet O
 LACTUCA 1 est] ex A, om. B

quia lacte nutrientes feminas implet. Hec et in viris Veneris usum coercescit». Verba sunt Ysidori in xvii (10,11) Ethimologiarum. Macer autem De viribus herbarum (765-75),

- 5 Frigida lactuce vis constat et humida valde,
 Unde potest nimios hec mansa levare calores,
 Et prestabit idem superaddas si bene tritam;
 Utilis est stomacho, sompnum dat, mollit et alvum,
 Omnibus hiis melius prodest decocta comesta,
 10 Et stomacho potius non lota comesta medetur.
 Lactuce semen componit sompnia vana,
 Cum vino bibitum fluxum quoque reprimat alvi,
 Lac dat abundanter nutrici sumpta frequenter.
 Ut quidam dicunt oculis caligo creatur
 15 Hiis quibus assidue fuerit cibus eius in usum.

LACUNA, que alio nomine dicitur lacus, est «receptaculum aquarum et differt a stagno, stagnum enim est aqua stans artificio, habens pisces. Piscina autem est aqua stans artificio, carens piscibus. Et dicitur a pisce per contrarium.

- 5 Lacus autem est aqua stans naturaliter vel parum fluens, sive habeat pisces sive non». Item «lacuna dicitur fossa ubi remanent aque post effusionem imbrium vel ad quam confluunt immunditie. Et est proprie intra fores, sicut forica extra. Et quadam similitudine lacuna dicitur venter vel
 10 fossa ventris». Et a lacuna vel lacu dicitur «hoc lacunar, scilicet testudo que solet esse in cavernis et in domibus, arcuata in modum lacune» et hoc lacunarium pro eodem. Item lacuna dicitur «coniunctio trabium» et suppelex domus vel «locus ubi tota suppelex reponitur». Item idem est quod la-
 15 cunar et dicitur a lacu et inde «lacuno, nas, id est ad modum lacune curvare». Ita dicit Huguitio (*s. v. Liquo*).

6 potest] post C; massa A, manssa D, *in marg. add.* D: mansa id est comesta 7 prestabat ACD; superaddit C

- LACUNA 1 est] et est A, et B 2 est *om.* A; stans *om.* B 3 autem *om.* B 5 naturaliter *om.* B 6 habet A 8 *Post* sicut *add.* C: huguitio c° foris a foris dicitur hec forica id est cloaca ad quam publica civitatis stercora confluunt et prociuntur forica etiam dicitur fossa extra portam ad quam confluunt immunditie et dicitur sic quia foris est
 10 vel a lacu BC 11 et in domibus *om.* A 16 curvare *om.* C

LACUS a liqueo, es dicitur cuppa ubi vinum decurrit. Unde dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (6,8), «Lacus dictus quia ibi decurrit frugum liquor». Idem xiii (19,2), «Lacus est receptaculum in quo aqua retinetur nec miscetur fluctibus».

- 5 Unde lacus dicitur «quasi aque locus». Et enumerat ibidem Ysidorus multos lacus quorum aliquos hic subdimus.

LACUS ASFALTI «Vocatur mare Mortuum... nam neque pisces habet nec assuetas aquis et letas mergendi usu patitur aves, sed quaecumque viventia mergenda temptaveris, quaecumque arte demersa, statim resiliunt et quamvis vehementer illisa confestim excutiuntur; sed neque ventis movetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur, neque navigationis patiens est quia omnia vita carentia in profundum merguntur, nec materiam ullam sustinet nisi que bitumine illustratur. Lucernam accensam ferunt supernatare, extincto demergi lumine. Hoc et mare Salinarum dicitur sive lacus Asfalti, id est bituminis. Et est in Iudea inter Iericho et Zoaran» etc. (*Isid. Etym.* XIII, 19,2-4)

LACUS TIBERIADIS «ab oppido, quod est Tiberias, vocatus est quod quondam Herodes in honore Tiberii Caesaris condidit. Est autem in Iudea omnibus lacubus salubrior et ad sanitatem corporum quodam modo efficacior. Circuit stadia 5 decem». (*Isid. Etym.* XIII, 19,5).

LACUS 2 dicit *om.* C; quia] quod BC, eo quod D 5-6 Et... lacus *om.* A

LACUS ASFALTI 1 *Post asfalti add.* C *in textu:* ut dicit ysid, eth xiii, *in marg.* AD; vocatur] dicitur B; nec C 2 latas B; usus A 3 viventia *om.* C 4 demersa] diversa demersa A, dimersa BD, diversa C 5 illesa C 7 nec B 10 extincto vero A; et *om.* B 11 Iudea] india B 12 ioram C; *post etc. in textu add.* A, *in marg.* D, *supra s. v.* Lacus *post locus (v. 5)* C: ista solent quarta variari sive secunda / cum lauro quercus pinus cornus quoque ficus / hiis colus (robis C) atque domus penus et lacus associamus / et cantus cetus quibus associabitur ortus (et... ortus *om.* C) = *Doctr.* 388-91)

LACUS TIBERIADIS 2 quod] quem B, eo quod D; honore] honorem B, nomine C; cesariis C 3 lacibus A

LACUS GENESAR «amplissimus in Iudea longitudine cxi extenditur stadiis, latitudine xl diffunditur, crispantibus aquis, auram non ventis, sed de semet ipso sibimet excreans. Unde et Genesar dicitur greco vocabulo quasi generans sibi auram. Denique per diffusiora loca lacus frequentibus auris spirantibus agitur. Unde et purior hauritus eius et ad potandum dulcis et habilis» (*Isid. Etym.* XIII, 19,6).

LAGANUM dicitur «latus panis et tenuis, non conspersus sed litus oleo. Quidam tamen dicunt laganum panem coctum in aqua, ut sit tertium genus panis a cocto in clibano et cocto in craticula». Ita dicitur in Historiis (1197) super Leviticum 5 (8,26). Huguicio (*s. v.* Lagos) dicit quod laganum est «quoddam genus cibi quod prius in aqua coquitur et postea in oleo frigitur. Et sunt lagana de pasta quasi membranule quedam que statim in oleo friguntur . . . et sunt suavia ad comedendum, ut caro leporina». Unde laganum dicitur a lagos, quod 10 est lepus. Proprie lagos dicitur cursus, unde lepus dicitur propter velocitatem suam. Accentus huius nominis laganum patet per verbum Oratii in libro Sermonum (I, 6, 114-115) ubi dicitur,

inde domum me

15 Ad porri et ciceris refero laganique catinum.

LAGENA proprie vas est vinarium. Unde Ysidorus Ethimologiarum xx (6,3) ubi loquitur de vasis vinariis, «Lagena et sicula greca nomina sunt, inflexa ex parte ut fierent latina. Illi enim lagenos, nos lagena; illi sicile, nos siculam dici- 5 mus». Unde hec laguncula diminutivum a lagena.

LACUS GENESAR 5 diffusoria D

LAGANUM 3 libano B 4 ita dicitur] item B 6 et *om.* BC 8 statim *om.* B; fringuntur C; *post* fringuntur *add.* BD: postea vero (*om.* D) melle conduntur (condiuntur D) quandoque prius in aqua conduntur (coquuntur D) postea in oleo friguntur 9 lagos autem proprie B 10 lagos] laganum C 15 cacinum B, cacumen D

LAGENA 4 lagenos] lagenas B; sicile] sicule B

LAICUS panis dicebatur panis communis quo quilibet vesci poterat, et dicitur a laos, quod est populus. Unde laicus, cum, id est popularis. Et distinguit Magister in Historiis (1213) super Leviticum «tria genera panum: panes scilicet
 5 sacerdotales, leviticos et laicos. Sacerdotales erant panes propositionis qui de publico sumptu fiebant, quos non licebat edere nisi solis sacerdotibus. Panes levitici, qui et offertorii, quibus soli de genere Levi vescebantur, etiam qui
 10 propter maculam ministrare non poterant et filia familias, sed non maritata vel vidua vel repudiata nisi necessitate rediret ad domum patris sui ut esset quasi filia familias. Hiis non vescebantur advena, inquilinus et mercenarius sacerdotis; verna tamen et empticius ipsius vesci poterant. Laici, id est communes, quibus quicumque poterat vesci».

LAMBO, lambis, bi, bere, lambitum, id est lingere, tractim lingua contingere. Quidam dixerunt lambo, bis, bui pertinere ad homines et lambo, bis, bi pertinere ad canes. Sed Priscianus (x, 14) tantum lambi ponit in preterito et assumit
 5 exemplum Lucilii dicentis,

Iocundasque puer qui lamberat ore placentas.

Unde secundum Priscianum debet dici lamberint et non lambuerint Iudicum vii b (5), licet fere omnes biblie habeant ibi lambuerint, quod forte accidit vitio scriptorum.

LAMENTOR, taris dicitur flere, «dolere, voce tristi dolorem exprimere vel conqueri. Unde et hoc lamentamentum et per sincopam hoc lamentum». Ita exponit Hugutio.

LAICUS 1 vesci *om.* C 2 potat D; laos] leos B 7 solum A 8 etiam] et ABD 12 advene ACD 13 non poterant A; laci C 14 quicumque] quilibet C; *post vesci in textu add.* A, *post poterant C, in marg.* D: verna exponitur (infra C) ubi exponitur vernaculus (vernacula D)

LAMBO 2 linguam C 3 et *om.* B; bi] lambere B 5 exemplum *om.* A 6 iocundusque A; placentes C 7 lamberint] lamberunt CD 8 lambuerint] lambuerunt D; vi ABD

LAMENTOR 2 et *primum om.* D

LAMIA, sicut dicit Papias, «genus monstri est ut quidam affirmant». Et subdit verba Ysidori Ethimologiarum viii (11,102), «Lamias quas fabule tradunt infantes corripere ac laniare solitas, a laniando specialiter dictas». Dicitur ergo
 5 lamia quasi lania a laniando quia fabulantur vetule lamias, ianuis clausis, domos intrare, infantes corripere et laniari et postea vivos restituere; et habent faciem hominis sed corpus bestiarum. Sed super illud iiii (3) Threnorum, «Sed et lamie nudaverunt mammas» dicit glosa, «Lamia crudelior
 10 suis fetibus quam cetera bestie dicitur. Unde lamia quasi lania dicitur quia catulos suos laniare fertur . . . Lamia hebraice lilit nominatur, quam quidam Hebreorum unam de furiis suspicantur que dicuntur parce eo quod nulli parcant». Item Isaie xxxiiii (14) dicit glosa, «Lamia pedes ha-
 15 bet equinos cetera feminea».

LAMINA diminutivum est a lama, ut ait Hugutio (s. v. Lateo). Est autem «lama, me latum frustum auri vel argenti vel alterius metalli», et dicitur a latus, ta, tum.

LANCEA est hasta, amentum habens in medio. Dicitur autem lancea eo quod equa lance, id est equali amento, ponderata vibretur. Amentum vinculum est iaculorum hastilium quod in mediis hastis aptatur. Et inde dicitur amentum eo
 5 quod media hasta religatur et iaculatur. Apud modernos communiter accipitur lancea pro hasta.

LANCEOLA dicitur subtile ferrum preacutum cum quo minutores aliqui pungendo venam aperiunt in minutione. Aliqui cum flebothomo venam percutiunt. Unde et flebothomia dicitur minutio. Lanceola diminutivum est a lancea.

LAMIA 3 lamie C 3-4 acclaniare D 4 a] ac A; ergo] enim A 5 a laniando om. C; lamias om. B 7 habens AD; sed] unde B 9 et om. B 10 hec lamia C 13 nullis AC 14 xxiii AC 15 femininia vel feminea C

LAMINA 1 est om. C; lama, me C

LANCEA 2 lancea] a lancea B; eo om. D; eo . . . lance om. C 5 medio hastarum B

LANCEOLA 1-2 minutorum B 2 pingendo ABC; in om. D

LANUGO, sicut ait Papias, est puber barba sive «prima capillatio in barba a similitudine lanarum dicta». Item lanugo dicitur flos tribuli qui, postquam bene exsiccatus est, levi flatu effertur in aerem. Et dicitur a lana quia lane colorem
 5 habet et quia levis et suavis est ad similitudinem lane. Unde dicitur Sapientie v (15), «spes impii tamquam lanugo est, que a vento tollitur».

LAPPA genus est tribuli, herba spinosa de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,66-7), «Lappa dicta quod habeat caulem ingentem per terram dispositum. Hec herba a Grecis philanthropos vocatur quod vestibis hominum inhereat ob
 5 asperitatem sui. Et nascitur iuxta muros». Philantropos dicitur a philos, quod est amor, et antropos, quod est homo, quia quasi quadam affectione videtur hominum vestibis adherere.

LAPPATES «dicunt cibum ex oleribus confectum». Ita dicit glosa Iudith x b (5). Unde Alexander Nequam sic ait (*fol.* 109^v, 19),

Lappates cibus est et olus componit eundem.

5 Secundum Huguitionem lappates grece ficus sicce.

LAPIDICINA dicitur locus ubi ceduntur lapides.

LAQUEARIA, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xv (8,6), «sunt que cameram subtegunt et ornant, que et lacunaria dicuntur». Sed secundum Huguitionem (*s. v.* Liquo) hoc laqueare, laquearis dicitur coniunctio trabium in summitate
 5 domus. Vel laquearia sunt que super tigna ponuntur et in ispsis illaqueantur. Item dicit quod hoc laquear ipsa testudo

LANUGO 1 lanugo lanuginis B 3 dicitur] appellatur CD 4 fertur D
 LAPPA 1 herba] hec C 4 philanthropos AD, philatropos B 5 et *om.*

B; philanthropos AD, philatropos B 6 anthropos D 7 quasi *om.*
 C; ex quadam B

LAPPATES 2 iudicum B 5 et secundum C; sicce] latine C

LAPIDICINA *Post* lapides *add.* C; et componitur de lapis et cedo dis
 cecidi

LAQUEARIA 3 hoc *om.* B

camere dicitur ad instar laquei curvati facta. Et alio nomine dicitur testudo. Et lacunar et hoc laquearium idem est quod laquear. Omnia a laqueo derivantur.

LAQUEATUS, ta, tum dicitur laquearibus ornatus vel testudinatus et ad modum laquei curvatus. Unde Aggei primo a (4) ubi nos dicimus, «Numquid tempus est vobis ut habitetis in domibus laqueatis» septuaginta dicunt «in domibus
5 concavis». Item laqueatus dicitur laqueo captus vel ligatus, et dicitur a laqueo, laqueas, quod est laqueo capere vel ligare.

LARUS, ut dicit glosa Levitici xi (16), «animal est tam in aqua quam in terra habitans. Volat enim et natat». Idem Deuteronomii xiii (15) dicit glosa, «ut avis volat, ut aquatile natat». Unde in Aurora (Lv. 677-8) scribitur,

5 Larus fluminis est habitator et incola terre,
Nam natat ut piscis et volat instar avis.

Parva avis et nigra est et pinguis, semper habitans iuxta aquas nec potest longe volare. Unde et agiles homines frequenter eam capiunt currendo. Et dicuntur gallice rale.

LASCIVUS, va, vum dicitur petulans et luxuriosus. Unde lascivia, id est voluptas, petulantia, libido sive luxuria. Inter lasciviam autem et petulantiam hec differentia est quia lascivia a luxu, petulantia a temeritate vocatur. Petulantia autem
5 libido dicitur ab eo quod petit male alienum pudorem. Lascivus vero dictus quia sit luxu solutus et vanus. Ita dicit Pa-

9 laquear lacunar B; et omnia C

LAQUEATUS 1 vel testudinatus om. C 5 concavatis D; dicitur a laqueo captus A

In marg. fol. 87 add. D: Larve dicuntur deformationes hominum per appositionem coloris vel alterius rei

LARUS 6 ad instar AC 7 et *primum* om. CD 9 currendo] volando A; raalle B, faale C, raale (*corr. ex malle*) D

LASCIVUS 1 dicitur om. C; petularis B 1-2 hec lascivia BC 2 voluntas A; sive] vel A 3 quia] quod C 4 petulantia... vocatur om. B; petulantia autem a C 5 quod quis petit A 6 fit C; ita] item AB

pias. Et a lascivo dicitur lascivio, civis, id est luxuriari, ludere, lascive se gerere.

LATER, lateris dicitur argilla cocta de qua fit murus et tegitur domus. Et dicitur later a latus, ta, tum quia latus formatur. Unde latericius, cia, cium de lateribus existens.

LATERNA a lateo, lates dicitur quia ibi latet candela. Quidam simplices dicunt lanterna, quod nichil est.

LATHOMUS dicitur cesor lapidum. Et dicitur a laos, quod est lapis, et thomos, quod est divisio, incisio vel sectio, quia incidit lapides et dividit.

LATRINA a lateo, tes dicitur privatus secessus que et privata dicitur quia in privato loco latet in domo. Sed super illud *iiii Regum x f (27)*, «Destruxerunt edem Baal et fecerunt pro ea latrinas» dicit Magister in *Historiis (1397)*, «id est
5 subterraneos cuniculos ad mundandas vias urbis». Nota quod hic cunus, huius cuni dicitur, unde et hic cuniculus diminutivum dicitur foramen, via scilicet subterranea et occulta in modum cunarum facta ad capienda castra. Unde et hic cuniculus dicitur quoddam animal subterraneum in cavernis
10 habitans. Vel dicitur cuniculus quasi caniculus quia canum indagine capitur. Quod autem dicitur latrina a latratu quia anus ibi latrat turpis ethimologia est.

LATRO a latendo dicitur vispilio qui in silvis latet ut spoliaret homines. Unde hoc latrocinium et latrocinor, aris, id est predari et latrocinium exercere. Vide versus supra positos ubi exponitur fur.

7 lacivo dicitur lacivio C 8 lacive C

LATERNA 1 dicitur *om.* B 1-2 quidam autem B 2 quod] sed hoc B

LATHOMUS 1 dicitur *primum om.* A 2 incisio *om.* D

LATRINA 3 destruxunt C 4 pro ea] postea D, *om.* C 6 huius cuni *om.*

D 6 dicitur *om.* BCD

LATRO 2 *Post homines add.* C: quasi vi spolians; *in marg.* D: vispilio dicitur a vi spolians; id est *om.* C 3 excercere C; vide] unde AC
4 vide ubi AC

LAURUS, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,2), «a verbo laudis dicitur, hac enim cum laudibus victorum capita coronabantur. Apud antiquos enim laudea nominabatur; postea d sublata et subrogata r dicta est laurus». Et sequitur
 5 «numquam deponit viriditatem; inde illa potius victores coronabantur. Sola quoque hec arbor vulgo fulminari minime creditur».

LEBES, lebetis dicitur olla enea, cacabus seu caldaria. Et hec lebeta, lebete in eodem sensu. Unde Ysidorus in xx (8,4) Ethimologiarum, «Lebete enee sunt greco sermone vocate; sunt enim olle minores in usum coquendi parate». Lebes
 5 masculini generis est. Unde Virgilius Eneidos v b (266),

Tertia dona facit geminos ex ere lebetes.

Item Ovidius Methamorphoseon xii (242-3),

Vina dabant animos, et prima pocula pugna
 Missa volant fragilesque cadī curvique lebetes.

10 Et, sicut dicit Huguitio, lebes duplicem habet accusativum, scilicet «lebetem vel lebeta». Unde hec lebeta in eodem sensu dicitur.

LECHITUS dicitur «vas amplum de auricalco». Ita dicit Huguitio.

LECTICA secundum Huguitionem (*s. v. Lego*) dicitur «currus in quo defertur lectus vel cortina circa lectum vel ipse lectus». Et tunc, secundum quod dicit Ysidorus in xx (11,1) Ethimologiarum, dicitur «Lectica a lectis herbis». Et dicit
 5 Ysidorus (xx, 11,4) quod «Lectice sunt plutei . . . Sponda

LAURUS 1 ait] dicit BC 3 apud . . . nominabatur *om.* C; nominatur B 4 subroganda A; sequitur] quia B 5 deposuit D; inde] ideo B 6 sola quoque] solaque AD

LEBES 1 seu] sive BC 2 in *alterum om.* B 3 sunt *om.* AD; grece B; sermone] nomine C 4 papare C 8 primaque A, prima et D 9 fragiles AD 12 dicitur *om.* C

LECTICA 1 lecthica AB, lethica CD 3 quod dicit *om.* D; ysidorum D; in *om.* BD 4 dicitur *om.* A 5 plutei lecti sponda B

enim dicitur exterior pars lecti, pluteus interior». Et producit penultimam. Unde Ovidius (*A. A.* I, 488),

Lecticam domine dissimulanter adi.

LECTUS, ti a legendo dicitur quia antiqui in lectis solebant legere. Et dicit Ysidorus in xx (11,5) *Ethimologiarum* quod, «Geniales lecti proprie sunt qui sternuntur puellis nubentibus, sic dicti a generandis liberis». Nota versus differentiales
5 de Grecismo (XII, 58-9),

Lectus sanorum, decumbentisque grabatum,
Est sponsi sponseque torus toreumaque regum.

Toreuma a torno dicitur «vas tornatum vel quicquid tornatur et celatur, sive vas sive lectus». Ita dicit Hugutio (*s. v.*
10 Torqueo).

LEGO, LEGAS mittere. Unde legatus, ta, tum, id est missus. Et hic legatus dicitur nuntius ab aliquo missus. Item lego, gas dicitur aliquid in testamento alicui dimittere. Unde hoc legatum dicitur illud quod in testamento dimittitur. Versus,

5 Qui mittit legat, moriens sua munera legat,
Legatus missus, legatum mortem relictum est. (*Grec.* xv, 47-8)
Prima dico lego, tertia dico lego.

LEGO, LEGIS dicitur furari, colligere, transire, scripta prefferre et plerumque ponitur pro studere. Versus (*Grec.* xvii, 56-7),

5 Fur aurum, virgo flores, mare navita, libros
Clericus, equivoce singula quisque legit.

6 lecti et pluteus A 8 dissimulantur D

LECTUS 2 in om. B 5 de] in B 9 Post Hugutio *add. in textu AC, in marg.* D: thorus (tornus autem C) est instrumentum tornandi unde sicut papias dicit (dicit sic Papias C) thoreumata (toreuma C) dicuntur vasa torno facta

LEGO, GAS 1 unde] vel B; id est missus om. C 5 sua munera] dando sua C 7 Cf. *Grec.* xix, 114-15; post lego alterum *add. in textu AC, in marg.* D: prima (scilicet C) coniugatio facit dico dicas et lego gas tertio coniugatio facit dico cis et lego gis

LEGO, GIS 2 plerumque] quandoque C; ponitur etiam pro C

LEGIO, onis dicitur a lego, legis «quia legebantur, id est eligeabantur, qui de legione deberent esse, vel legio dicebatur a lex, legis quia lege in castris se habebant vel quia lege in legione dispositi erant. Proprie autem lingua Macedonum dicitur phalanx vel phalanga, Gallorum caterva, nostra legio. Et sunt in legione vi milia sexcenti sexaginta sex homines; in cohorte l; in manipulo cc; in centuria centum; in turma vel in ala xxx, sed turma est peditum, ala militum; in decania decem». Ita dicit Huguitio (*s. v. Legio*) et accepit
 5 de ix libro (3,46-51) Ysidori Ethimologiarum. De legione dicit Virgilius Eneidos viii b (ix, 174-5),

Omnis per muros legio, sortita periculum,
 Excubat exercetque vices quod cuique tuendum est.

LEGITIMUS, ma, mum dicitur bonus secundum legem habitus vel factus.

LEGUMEN dicitur quasi lectum manu, et est ethimologia. Et, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (4,1), «Legumina a legendo dicta sunt quasi electa, veteres enim meliora
 5 queque legebant, sive quod manu legantur nec sectionem requirant».

LENS, lentis genus est leguminis. Et dicitur a lentus, lenta, tum quia «humida et lenta est». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvii (4,5). Versus (*Grec. x, 50,49*),

5 Lens lendis capiti, lens lentis convenit ori.
 Est bona lens comedi, nota lentigo faciei.

Dicit enim Papias, lentigo est «vestigium macularum, parva rotunditate formata, a specie lenticule dicta». Unde lentiginosus, sa, sum.

LEGIO 6 legio om. C 8 in alterum om. BD 9 accipit CD 10 x ABD
 LEGUMEN 1 lectus B 3 ita veteres C 4 legentur B; electionem B
 LENS 4 capitis D; post ori add. C: lens mordet per d mordetur si
 subeat t (Cf. *apparatum criticum in Doctr.* 439) 6 parvula B 7 lenticula D

LENTICULA diminutivum est a lens, lentis et est idem quod lentigo, scilicet «parva et rotunda macula in carne ad similitudinem lentis». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Lenio). In Historiis (1304) dicitur «quod lenticula est vas fictile quadrangulum habens foramen in latere». Ysidorus in xx (7,4) Ethimologiarum dicit sic, «Lenticula est vas olearium ex ere aut argento factum, a liniendo dictum, hoc enim reges et sacerdotes linebantur», id est inungebantur.

LENTUS, ta, tum dicitur flexibilis, ut lenta salix. Item lentus dicitur otiosus, tardus, piger, mollis, non fortis. Unde archus dicitur lentus. Item lentus dicitur non bene siccus, ut frumentum dicitur lentum cum non est bene siccum. Et dicitur a lenio, lenis, quod est placare, humiliare, lenem facere.

LEONIS «vocabulum ex greca origine inflexum est in latinum, grece enim leon vocatur, et est nomen nothum quia ex parte corruptum. Leena vero totum grecum est, sicut dracena. Ut autem leena lea dicatur usurpatum est a poetis». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (2,3). Sunt autem aliqui qui dicunt quod leo dicitur a leo, les, quod est delere, quia let, id est delet, vestigia sua cum cauda. Istud autem nichil est. Immo leon grece, leo latine, ut supra dictum est. Item dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (2,3-6), «Leo grece, latine rex interpretatur eo quod princeps est omnium bestiarum. Cuius genus tripharium dicitur, e quibus breves et iuba crispa imbelles sunt, longi et coma simplici acres. Animos eorum frons et cauda indicat. Virtus eorum in pectore firmitasque in capite. Septi a venatoribus terram contuentur quominus conspectis venabulis terreantur. Rotarum timeant strepitus, sed ignes magis. Cum dormierint vigilant

LENTICULA 3 lentis] lentiginis C 7 aut ex argento C; hoc] hiis C

LENTUS 1 item] unde BC 4 est] sit B

LEONIS 1 est *om.* B 3 est *om.* B 4 lea] leo ACD 7 sua cum cauda sua B, cum cauda *om.* D 11 e] de B 12 acros C 13 indicant BD 14 firmitas autem BC

oculi; cum ambulant cauda sua cooperiunt vestigia sua ne
eos venator inveniatur. Cum genuerint catulum, tribus diebus
et tribus noctibus catulus dormire refertur, tandem de patris
20 fremitu vel rugitu veluti tremefactus cubilis locus suscitare
dicitur catulum dormientem. Circa hominem leonum na-
tura est ut nisi lesi nequeant irasci. Patet enim misericordia
eorum exemplis assiduis. Prostratis enim parcunt, captivos
obvios repatriare permittunt, hominem non nisi magna fame
25 interimunt».

LEPRA est asperitas cutis squamosa, lepide herbe similis,
unde et nomen sumpsit. Cuius color nunc in nigredinem
vertitur, nunc in alborem, nunc in ruborem. In corpore
hominis ita lepra dignoscitur, si variatim inter sanas cutis
5 partes diversus color appareat aut si ita se ubique diffundat
ut omnia unius coloris, quamvis adulterini, faciat». Ita dicit
Ysidorus in iiii (8,11) Ethimologiarum.

LEPRA IN CAPILLIS allopicia dicitur. Est autem allopicia,
ut dicit Ysidorus Ethimologiarum iiii (8,1), «capillorum
fluor, circumscriptis pilis fulvis, aeris qualitatem habentibus,
vocata hoc nomine a similitudine animalis vulpecule, quam
5 Greci allopiciam vocant».

LEPUS dicitur quasi «levipes quia levis est pedibus et velo-
citer currit. Unde et grece pro cursu lagos dicitur. Velox
enim animal est et satis timidum». Ita dicit Ysidorus in xii
(1,23) Ethimologiarum.

LEVIATHAN «serpentem vectem» Isaie xxvii a (1) sic expo-
nit glosa, «Leviathan additamentum eorum... Recte au-

19 catulus *om.* D; fertur D 22 enim] autem B; misericordiam C

24 repatriare] rapacitate C; maxima B

LEPRA 2 et *om.* AD 7 in *om.* C

LEPRA IN CAPILLIS 2 iiii] 8 B 3 circumscriptis D 4 ad similitudi-
nem B

LEPUS 2 et lagos D 3 in *om.* CD

LEVIATHAN 2-3 recte... eorum *om.* D

tem additamentum eorum dicitur quia postquam malam culpam mala suggestionem intulit hanc cotidie malis augere persuasione non desinit . . . In serpentis tortitudine fluxa mollities, in vecte autem dura rigiditas. Ut ergo hunc durum significaret et mollem, et vectem nominat et serpentem. Durus quippe est per malitiam, mollis per blandimentum. Vectis dicitur quia usque ad necem percutit; serpens autem
10 quia insidias molliter infundit».

LEVIGO, gas dicitur applanare, leve, id est planum, facere. Unde dicitur levigo quasi leve ago. Leve enim dicitur planum et leve non ponderosum. Unde versus differentiales (*Grec.* XIII, 209),

5 Pro plano levis, pro levitate levis.

Unde levigatus, ta, tum dicitur planatus et hec leviga, ge instrumentum planandi. In Historiis (1082) exponitur illud Genesis vi (14), «Fac tibi archam de lignis levigatis» «id est politis vel quadratis. Alia littera est bituminatis».

LEX dicitur a lego, gis. Est autem lex asciscens honestum, prohibens contrarium. Vel dicitur a ligo, ligas quia ligat regulis et preceptis. Et nota quod scio, scis «componitur cum ad et subtrahitur d et dicitur ascio, ascis, id est adiungere vel acquirere». Unde ascisco, asciscis inchoativum. Unde asciscens participium. Item scio componitur cum ad et «causa differentie retinet d et dicitur adscio, adscis, id est advocare. Unde adscisco, adsciscis inchoativum». Ita dicit Hugutio (*s. v.* Scio).

LIBARE dicitur sacrificare, fundere. Unde in sacris panis immolatur et calix funditur. Item libare dicitur parum gustare, contingere. Vide supra ubi exponitur delibare.

3 eorum dicitur *om.* C 5 fluxi C 7 significet C 8 sed mollis B
LEVIGO 9 vel quadratis *om.* B

LEX 1 assistens AD 2 vel dicitur] dicitur autem C 4 et dicitur *om.* C
5 inchoativum D 5-6 unde] vel B 6-7 et causa] causa vero B
7 adscio *iteravit* D 8 inchoativum BD

LIBAMEN a libando dicitur sacrificium vel cibus. Libatorium locus ubi sacrificatur. Et hoc libum dicitur «panis immolaticius qui alio nomine dicitur placenta». Ita dicit Hugutio (s. v. Libero). Papias ita dicit, liba dicta eo quod libeant; 5 hec et placente eo quod placeant. Versus de Grecismo (2-3 = xv, 104-5),

Libo sacrificio designat liboque gusto.

Libo si liba degusto, liboque dicis

Coram numinibus si tu libamina ponis.

- 10 In Historiis (1194) dicitur in principio Levitici, «triplex eorum que offerebantur occurrit discretio. Aut enim erat oblatio de animalibus et sacrificium dicebatur . . . Aut de sicca materia ut de simila, pane et thure et proprie dicebatur oblatio. Aut de liquidis, ut vino et oleo, que proprie 15 libamen vel libatio dicebatur. Licet hiis nominibus scriptura quandoque indifferenter utatur». Item alibi, libamen et libamentum erat simila oleo glutinata et vinum, que cum hostia adolebantur ut quasi panis et vinum et caro domino offerentur.

LIBANUS masculini generis est «Fenicum mons in quo cedri sunt altissime». Alter Libanus est «mons Arabie ubi colligitur thus». Hec «libanus, que et thus, arbor est Arabie immensa atque ramosa, succum aromaticum fundens».

- 5 Dictum autem thus a tundendo. Libanum vero dictum a monte Libano Arabie. Ita dicit Papias. Dicitur ergo hic Libanus pro monte, hec libanus pro arbore, hoc libanum pro thure. Et hoc innuit glosa Ecclesiastici xxiii (21). Quod autem dicitur ibidem in textu «quasi libanus non incisus» 10 improprie dicitur et contra regulas Prisciani (v, 3).

LIBELLUS repudii exponitur infra ubi exponitur repudium.

LIBAMEN 1 libanum A; cibus libatoris libatorium B 2 libum] verbum B 2-3 immolativus AD 5 et] etiam B 14 ut] ut ut A, ut et C, de D, om. B 17 cum] est C

LIBANUS 1 masculi C; est om. D 4 in mensa C 6 ergo om. A 8 xxiii c A 9 non om. D; incisum D 10 regulam D

LIBELLUS infra om. A

LIBER, ra, rum a liberando dicitur qui non subiaceret iugo servitutis. Item liber dicitur filius ingenuus «ex libero matrimonio natus. Nam ex libero et ancilla orti servilis sunt conditionis. Semper enim qui nascitur deterioris parentis sequitur statum». Item «hic Liber, ri dicitur Bachus» quia liberat hominem a curis. Item hic liber, libri dicitur «interior tunica corticis que adheret ligno», et dicitur a libero, liberas quia liber est et defendit intus lignum vel quia defenditur a cortice exteriori vel dicitur «a liberato cortice, id est ablato», «quia ante usum carte vel membranarum de libris arborum volumina fiebant», id est compaginabantur. Ita dicit Papias. Unde et «scriptores a libris arborum librarios vocaverunt». Unde liber, id est codex, dicitur a libris, id est corticibus in quibus antiquitus scribebatur. Vel dicitur liber a libertate legentium quia solis liberis studium legendi dabatur. In Grecismo (IX, 171-4) scribuntur isti versus differentiales,

Liber, id est Bachus, vel vir sine compede natus,
At liber est codex vel raptus ab arbore cortex.
20 Prima beri faciunt genitivum brique secunda.
Pars prior est cortex, liber altera, tertia suber.

LIBERTINI «a regione sic dicti vel libertini, id est manumissi, qui cum prius fuissent servi postea fuerant libertati donati et sic de servili condicione fuerunt qui primo fidei Christi restiterunt». Ita exponitur in Historiis (1663) Actuum
5 vi (9) «de sinagoga Libertinorum» etc. Vide infra proximo.

LIBERTUS est ille «qui de servo factus est liber». Et dicitur a libero, liberas quasi liberatus. «Idem collibertus et manu-missus. Libertinus filius liberti, filius libertini simpliciter

LIBER 5 ri om. D; quia] qui B 8 liber est] liberat B; fendit C 15 liberis] libris ACD 16 unde in B

LIBERTINI 2 fuerant] fuerunt B, furant D 3 fuerunt] fuerint D 3-4 vel christianis vel fidei C 4 in historiis om. C; illud actuum BC 5-6 infra in proximo D

LIBERTUS 1 est *primum*] dicitur BC; liber sicut dicit huguitio et C

iam liber in legibus. Tamen», sicut ait Hugutio (s. v. Libe-
5 ro), «pro eodem habetur manumissus, libertus, collibertus,
libertinus».

LIBERTAS, sicut ait Papias, «condicionis est, liberalitas au-
tem beneficentie et largitatis».

LIBRA «xii unciis perficitur et inde habetur perfecti ponderis
genus quia tot constat unciis quot mensibus annus. Dicta au-
tem libra quod sit libera et cuncta intra se predicta pondera
includat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (25,20).

5 Item libra signum celeste. Vide supra ubi exponitur arturus
cum ceteris signis.

LICEO, lices, licui, cere, citum equivocum est, licere enim
dicitur licitum esse et secundum hoc raro invenitur perso-
nale. Apostolus tamen dicit (1 ad Cor. 6, 12), «Omnia michi
licent», sed licet impersonale in frequenti usu est. Item liceo,
5 ces in voce activa significat passionem ab alio illatam scilicet
appretiari. In voce autem passiva significat actionem, sci-
licet appretiare. Et construitur cum genitivo vel cum ablati-
vo significante pretium, ut «liceo a te tribus obolis», vel
«trium obolorum». Et similiter construitur liceor. Unde
10 Persius (5,191),

Et centum Grecos curto centusse licetur.

Item in Grecismo (xvi, 29) scribitur,

Non licet asse mihi qui me non asse licetur.

Item licet, liceat et licebit ponuntur sepe pro ista adversa-
15 tiva coniunctione quamvis, non tamen sunt coniunctiones
sed verba, sicut dicit Hugutio.

4 tamen om. C

LIBRA 3 intra] inter C; predicta om. A 3-4 includat] inclinat AB
5 celeste] est B

LICEO 4 frequenti tamen B 6 autem] tamen B 7 cum alterum om. C
11 sentisse B 14 licet et liceat B 15 quamvis . . . sunt] sed quam-
vis si tum sunt C 16 post Hugutio in textu add. A, post licetur
(v. 11) C, in marg. D: hic centussis dicitur centum asses vel pretium

LICIUM, licii dicitur filum et proprie id quod innodatur tele per quod stamen trahitur et ligatur. Unde dicitur licium quasi ligium a ligando. Unde dicit Ysidorus Ethimologia-
 rum xix (29,7), «Licia sunt quibus stamina telarum ligantur
 5 quasi ligia». Vel dicitur licium a licio, liciis, licui vel lexi, licere, licitum vel lectum, id est trahere, quod tamen non est in usu. Sed componitur allicio, elicio, pellicio, etc. Item a licium dicitur hoc liciatorium, scilicet grossum lignum circa quod licia involvuntur, quod alio nomine dicitur iugum et
 10 est lignum longum et teres. Item liciatorium dicitur locus in quo textor telam orditur. Et tunc dicitur a licio, licias, quod est licium in tela ordinare vel ordiri seu licium facere vel innodare licium cum stamine.

LICTOR quasi legis ictor dicitur apparitor qui secundum legem dampnatos occidebat vel ad mandatum iudicis quomodo puniebat. Et est compositum a lex, legis et ictor, quod est percussor, ab ico, icis, ici, icere, ictum, ictu, quod
 5 est percutere. Papias vero dicit sic, lictores vero sunt «apparitores qui ante iudices faces ferunt». Alexander Nequam facit tales versus in quodam operculo suo (*fol.* 111^v, 23-5),

Imperiis parens est nomine paritor et re
 Nomen lictoris faciunt duo: legis et ictor;

10 Cur? quia siquis agat in legem percutit ipsum.

Item lictor dicitur lector, qui lingit et dicitur a lingo, lingis, linxi, lingere, lictum, quod est lambere. Secundum Huguitionem (*s. v.* Lito) dicitur lictor quasi lator, scilicet ille qui defert cadavera ad sepulturas. Item secundum Hugui-
 15 tionem lictor dicitur qui ex officio portat gladium vel securim ante regem vel imperatorem ut ad puniendos reos presto

centum assium sed persius ponere videtur pro centesima parte assis unde dicit curto centusse quasi modico vel nullo pretio

LICIUM 1 id] illud BC 2 stamen *om.* A 3 ligium] lignum ABC 5 li-
 cium *om.* A 9 licia] ligna A 11 tunc *om.* C

LICTOR 5 vero *primum om.* BC 7 facit] ponit BC 8 imperiit A; est] cum C; pariter BC; re] te A 11 locator A 12 linctum B; item secundum C 13-15 quasi... dicitur *om.* AC 14 sepulturas] se sepulchrum D

sit. Et dicitur secundum ipsum a lito, litas, quod est sacrificare.

LIGNARIUS, sicut ait Papias, «opifex ligni generaliter» appellatur.

LIGNUM dicitur a lignis grece, quod est lux vel lumen vel lucerna latine. Ita dicit Hugutio (*s. v. Liguro*) et Papias reddit rationem dicens, «ligna dicta quod incensa convertantur in lucem». Unde hic lignus secundum Hugutionem (*ibid.*) vel melius lichinus secundum Papiam et hic lichinus in eodem sensu, id est «funis candelae qui ardet in candela vel cicindula lucerne». Versus de Grecismo (xii, 162-3),

10 Lignum de fuste sed lignus dicitur esse
Ardendi causa quia volvitur undique cera.

Virgilius concordat cum Papias dicens in primo Eneidos g (1, 725-7),

15 Fit strepitus tectis vocemque per ampla volutant
Atria; dependent lichni laquearibus aureis
Incensi etc.

LIGNA THIMA, sicut dicitur in Historiis (1369) super iii Regum (10,12), «similia erant lignis sethim et odorifera». Et nota quod thimum herba quedam est que, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,12), florem habet valde odoriferum. Unde «epithimum grecum nomen quod latine dicitur flos thimi, nam flos grece thimum vocatur». Item thimum lignum dicitur et scribitur per m in pluribus bibliis. Papias autem scribit per n dicens, «thina ligna de quibus fecit Salomon gradus in domo domini». Incognita ligna sunt

LIGNARIUS 1 opifex] artifex C

LIGNUM 3 reddit] addit C 5 lichinus] hic lichus B, hic lichinus C
6 lichinus] lichinius C; id est] scilicet BD 7 accendula (+ vel
cicindula *corr.*] A 14 atria] altera C; lichini ABD

LIGNA THIMA 1-2 iii Regum] tertium quod B 3 hoc thimum B, secundum thimum C; hec herba A 4 in xvii eth D 5 epithimum AC;
nomen est quod C 7 et] quod B 8 thima AC 9 incognita] lignata D

10 etiam peritioribus Iudeorum. Et ita scribitur in antiquis
bibliis. Vide infra ubi exponitur thina.

LIGNA SETHIM exponit Magister in Historiis (1169) super
xxv (5) Exodi dicens, «Sethim nomen est montis et regionis
et arboris que similis est albe spine in foliis et est levissi-
mum lignum et imputribile et incremabile». Unde in Auro-
5 ra (*Exod.* 419-22) dicitur,

Ligna sethim torpent nulla putredine, iustos
Signant in celis qui sine fine nitent.
Spina sethim notat hoc nomen quia vi, quia penis
Et quia tormentis itur ad astra dei.

LIGO, ligonis instrumentum est rusticanum, «marra», ut
dicit Hugutio (s. v. Levo). Et dicitur a levo, levas «quia
levat terram». Unde Ysidorus in xx (14,6) Ethimologiarum,
«Ligones dicti quia levent terram quasi levones». Ovidius
5 Methamorphoseon xi a (36),

Sarculaque rastrique graves longique ligones.

Gallici appellant picois.

LIGURIUS gemma quedam est. Unde Ysidorus Ethimologia-
rum xvi (8,8), «Ligurius vocatus eo quod fiat ex urina lincis
bestie tempore indurata. Est autem, sicut et succinus, fulva,
attrahens spiritu folia propinquantia». Succinus gemma
5 quedam est de qua dicit Ysidorus ibidem (8,6), «Succinus
quem appellant Greci electron, fulvi cereique coloris, fertur
arboris succus esse et ob id succinus appellatur».

10 peritioribus B; scribit C

LIGNA SETHIM 2 sethim D 6 ulla C 7 signat C; que C 9 dei]
celi C

LIGO 1 marra om. B 4 quia] quod A; unde Ovidius C 6 sarculaque
et rastrique BC 7 picois vel pis A

In marg. fol. 91 add. D: ligurio liguris ligurivi liguritum id est parum
cibum attingere latenter et cito devorare et transgutare et est glu-
torum et ponitur simpliciter pro devorare vel lingere et componitur
abligurio ris id est absumere devastare

LIGURIUS 6 quem] quam B 7 succus om. D; id] hoc C

LILIUM «herba est lactei floris. Unde et nuncupata sunt lilia quasi lactea, cuius dum candor sit in foliis auri tamen species intus effulget». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,18).

LIMA instrumentum est fabrile et dicitur a leniendo eo quod lene faciat. Unde limo, limas purgare, polire, diminuere quia lima diminuit ferrum. Et componitur collimo, oblimo et elimo. Unde Ovidius Methamorphoseon iiii a (178-9),

- 5 Elimat, non illud opus tenuissima vincant
 Stamina etc.

Et a limo limatus, ta, tum. Versus,

Limatos gladios furbitos dicere debes.

LIMUS, limi est terra humida et cenosa, sicut est in profundo aque. Et inde dicitur limo, limas, id est limo implere. Item secundum Papiam limus, lima, limum qui habet obliquatos oculos et oblique intuentes. Unde in Grecismo (?)

- 5 scribitur,

Cernit in obliquum strabo sed limus in altum,
Et petus huc illuc, luscus quoque, lippus aquescit.

Tamen iste ulterior versus falsus est quia petus, ta, tum producit primam sillabam. Unde Oratius in Sermonibus (1,3,

- 10 44-5),

Si quid sit vitium non fastidire: strabonem
Appellat petum pater et pullum male parvus.

Vide differentiam que ponitur infra ubi exponitur lucum.

LIMES, limitis dicitur a limus, ma, limum, quod est obliquus, strabo. Limes enim est callis qui extra viam ducit.

LILIUM 1 floris] coloris C

LIMA 5 illud opus] illudo post A 8 forbatos C; dicimus esse B

LIMUS 3 item om. C 6-7 Cf. *Grec.* ix, 286-7 6 sed om. A 7 quoque] prope C 8 falsus est] factus est falsus A 11 quid] quod C; sit] fit AD 12 male iteravit B 13 vide . . . lucum om. B; post lucum add. C: unde rectus versus est huc illuc petus etc.

Et sunt proprie limites transversa in agris itinera vel fines qui agros limitant et terminant. Unde limito, limitas terminare, finire, determinare.

LIMPIDUS, da, dum dicitur clarus, politus, perspicuus. Unde limpidum vinum, id est perspicuum, ob aque speciem dictum quasi limphidum. Limpha enim aqua est. Ita dicit Papias et similiter Ysidorus in xx (3,6) Ethimologiarum. Unde hec limpiditas et limpido, das limpidum facere, purificare, clarificare.

LINEA «stricta dicebatur camisia totum corpus operiens . . . et ita strictis manicis adhaerebat corpori ut nulla inesset ruga et descendebat usque ad pedes. Unde grece poderis, id est talaris». Ista expositio habetur ex glosa Exodi xxviii (4). Item super Levitici viii (7) dicit Ieronimus quod secundum lxx subucula vocabatur. Dicitur autem subucula a sub quia sub aliis vestibus ponebatur. Unde Oratius Epistularum versus finem prime epistule (I, 1,94-6) sic ait,

Si curatus inequali tonsore capillos
 Occurri, rides; si forte subucula pexe
 Trita subest tunice vel si toga dissidet impar.

Vide supra ubi exponitur ephot.

LINUM «nomen est a greco deflexum. Nam linum linarium Greci dicunt. Vel dicitur ex eo quod molle sit et lene». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xix (27,1). Item lina dicuntur fila vel retia. Unde linarius, id est retiarius.

LINGUA dicitur a lingendo quia ea lingimus vel a ligando quia ligat verba et voces per articulatos sonos vel a ledo, dis

LIMES 4-5 limitas limitare B

LIMPIDUS 4 hec om. BC 5 limpiditas et limpitudine dinis et limpido B

LINEA 4 talaris dicebatur B; ezechielis AD; xlviii AD, viii C 5 Levitici] leviter C 6 autem om. D 7 epistularum C 8 epistule] epistula ACD 9 tonsione AB 10 occurrit BD 11 si toga] siroga D; toga] tota C; dissipet B 12 ephodarii C

LINUM 1 reflexum C 2 dicunt] vocant A

quia dentibus illiditur. Unde linguatus, ta, tum et linguosus,
sa, sum qui magnam habet linguam vel qui potens est in
5 lingua.

LINO, «linis, lini vel magis, differentie causa ad nomen lini,
levi, quod a leo quoque simplici nascitur, quod non est in
usu. Ex quo deleo, delevi. Unde et letum dicitur quia delet
vitam». Verba sunt Prisciani (x, 38). Dicamus ergo secun-
5 dum Priscianum lino, linis, levi, linere, litum, litu. Est au-
tem linere «ori dolii operculum apponere, cooperire, ob-
turare dolium». Item linere dicitur inficere, «deturpare,
glutinare. Et proprie in hac significatione dicitur linere cum
una res quasi inficiendo supponitur alteri. Tunc paries li-
10 nitur cum calx superducitur vel lutum. Item linere, id est
destruere, delere. Unde hec litura, id est deletio» vel superin-
ductio. Ita exponit Huguitio. Nota quod «lino, linis et ab
eo composita ubique corripiunt hanc sillabam li et faciunt
preteritum in levi et supinum in litum penultima correpta.
15 Est enim regula generalis: omne supinum veniens a prete-
rito in vi producit penultimam. Excipiuntur hec: litum, qui-
tum, citum, situm, satum, itum, agnitum et cognitum».
Versus,

20 Vi cum dante preit vocalis non breviata;
Demis itum, li, qui, sa, si, ci inde creata. (*Doctr.* 765-6)
Agnosco dat itum, pariter cognosco, sed otum
Ignosco prenoscio dabunt, hoc sit tibi notum.

LINGUA 3 et] id est C

LINO 2 levi quod] lenique A; simplici] similiter C 3 dolo doleri C;
delet] debet C 4 dicamus quoque ergo D 5 levi] livi D 6 op-
ponere D 8 linere] linire D 10 linere] linire D 12 ligno lignis
D 13 ubique *om.* C 15 enim] autem C 17 situm *om.* C 20 de-
mis . . . creata] qui si ci sa li id est demantur et inde creata B, demis
itum qui li sa ci si tollis et inde creata C, demis itum li qui sa ci si
tollis et inde creata D; ci tollis et A; *Cf. Doctr.* 763 22 *Post*
notum add. in textu A, *in marg.* D: litum a lino linis quitum a queo
quis citum a cieo es situm a sino sinis satum a sero seris itum ab
eo is *Ibidem add.* C: qui id est quitum a queo quis li id est litum
a lino nis sa id est satum a sero ris ci id est citum a cieo cies si id
est situm a sino sinis itum ab eo is

LINIO, linis, lini vel linivi, linire idem est quod ungere. «Unde linitus, linita, linitum et hoc linium et hec linitio». Ita dicit Hugutio (*s. v. Lino*). Eliminandus est autem error quorundam qui ponunt linire pro linere cum diversa significent. Unde Ezechielis xiii (10) dicunt, «illi autem linebant» pro linebant, quod supra proximo expositum est. Item paulo post in eodem capitulo (11), «Dic ad eos qui liniunt absque temperamento», liniunt dicunt ibi pro linunt cum secundum Ieronimum et antiquas biblias deberent dicere
 10 linunt, id est superinducunt non liniunt, nam et sequens textus docet eos ubi dicitur (12) «ubi est litura quam linistis», et melius sicut supra proximo ostenditur. Litura enim pro superinductione vel deletionem a lino, linis dicitur et non a linio; immo a linio dicitur linitura non litura, pre-
 15 terea linistis vel levistis dicimus in preterito ab hoc verbo lino, non a linio, quod facit linivistis. Item vii (7) Amos dicitur, «ecce dominus stans super murum litum» non linitum. Item Exodi xxix a (2), «Lagana quoque oleo lita», id est non conspersa sed superinducta quia tantum in su-
 20 perficie oleum ponebatur.

LINTHEUM a linum, lini dicitur, scilicet velum vel pannus lineus qui in lecto sternitur. Unde hoc lintheolum diminutivum et hoc lintheamen, lintheaminis pannus lineus qui sternitur in lectis.

LIPPUS, pa, pum dicitur qui oculos habet lacrimantes. Vide versus supra ubi exponitur limus. Et componitur lippus a liquor, oris et pus, quod est putredo, quia liquorem putridum per oculos emittit. Versus (*Nequam, fol. 105,*
 5 8-9),

LINIO 1 lino C; lini] linii C; ungere] lingere C, iungere D 2 hoc om. C; linium] linimen B 9 Cf. *Hier., PL 25, 111* 11-12 linistis] linistis vel lenistis AD, livistis vel linistis B 12 proximo om. C 13 enim] est B; dicitur om. B 14-15 propterea ABD 16 facit linivi linivistis C 19 sparsa AD; superducta C
 LIPPUS 1 dicitur om. BC 2 versus om. C

Pus pro putredo non declinabile credo,
 Pus declinatur custodia quando vocatur.

Item a lippus hec lippitudo, id est vitium oculorum quod humore defluente fit atque ex crebra infusione humoris pal-
 10 pebre grossiores existunt. Lippio, pis, pivi, pire, id est lip-
 pum fieri vel lippum esse.

LIRA, prima brevi, instrumentum est musicum. «Et dicitur a lirin grece, quod est diversitas vel varietas vocum eo quod diversos sonos faciat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum
 iii (22,8). Item lira, prima producta, dicitur sulcus et dicitur
 5 a liros grece, quod est sulcus latine. Unde versus (*Grec.*
 x, 148),

Pollice tango liram, facio cum vomere liram.

LITO, litas, avi, are dicitur immolare, sacrificare. Unde Theodolus sic ait (53),

Egregio Cicropi debetur causa litandi.

Et inde dicitur litus, litoris quia naute a periculis maris
 5 liberati solebant diis marinis in litore litare. Vel dicitur a le-
 dendo quia fluctu eliditur. Vel dicitur a luo, luis quia aqua
 abluitur.

LITOSTRATOS dicitur varietas pavimenti vel «variatio colo-
 rum in pavimento vel congeries lapidum diversorum colo-
 rum vel pavementum vel quodcumque aliud opus, . . . dum-
 modo sit ex lapidibus diversorum colorum». Ita dicit Hu-
 5 guitio (s. v. Litos). Et componitur a litos, quod est lapis,
 et stratos, quod est variatio. Unde hec litostrata et hoc li-
 tostratum et hic litostratus. Unde Ysidorus Ethimologia-

7 vocatur] notatur B 8 item] id est C; quod] quia C 10 lippo
 pis pi vel lippivi C; id est om. B

LIRA 1 brevis ABD 3 facit B 5 est om. D

LITO 4 dicitur litosus sa sum et litus B 4-5 liberati a periculis liberati
 A 4 maris om. ACD 5 liberati om. D

LITOSTRATOS 2 vel iteravit D 6-7 litostratum] locostratum C 7 lito-
 stratus idem est (om. D) quod litostratos BD

rum xix (14), «Litostrate sunt elaborate arte picture par-
 volis crustis ac tessellis tinctis in varios colores. Tesselli
 10 autem a tesseri nominati, id est quadratis lapillis per dimi-
 nutionem». Nota quod hec «tessera, re dicitur vas vel men-
 sura quelibet vel signum bellicum vel tuba qua hostes ve-
 nientes nuntiantur». Tessera etiam dicitur signum hospita-
 litatis quod datur illis qui ad hospitia sunt venturi, quod
 15 cum ostenderint hospiti statim in hospitio recipiantur. Item
 «tessera accipitur pro talo vel pro alea vel pro tallia vel pro
 numero quia cum tesseri solebat numerus frumenti vel
 annone designari. Item tessera est genus frugis. Item tessere
 sunt quadrati lapides ad modum talorum unde pavimenta
 20 sternuntur. Unde hec tessella et hec tesserula per diminutionem». Ita dicit Hugutio (s. v. Texo). Tamen Ysidorus
 dicit hic tessellus ut predictum est. Item (Hugutio s. v.
 Tessaron) «tessera idem est quod quatuor . . . et componi-
 tur cum decas, quod est decem. Unde hec tesseredecas,
 25 huius tesseredecadis, id est quater dena». Item nota quod
 secunda sillaba huius nominis litostratos incipit a t et non a
 c, sicut patet in Papia et Ysidoro et in Derivationibus Hu-
 guitionis et in correctis bibliis.

LIVOR secundum Papiam dicitur «macula nigra vel nigre-
 do» corporis. Et dicitur a liveo, es, livii, quod est nigrescere,
 esse vel fieri lividum vel invidere. Unde livesco, scis inchoa-
 tivum, et lividus, da, dum qui talis est coloris. Unde secun-
 5 dum Huguitionem (s. v. Liveo) hic livor dicitur «lividitas
 vel invidia vel dolor vel vulnus». Proprie livor est nigredo
 que remanet in carne ex percussione.

LOCO, locas dicitur in loco ponere, statuere, stabilire, collo-

8-9 parvulis D 9 crustis C 13 etiam om. A 16 pro alterum
 om. BC; talia D 17 tessaris AD 18 tessere] tessera BD 20
 hec primum om. C; per om. B 21 tamen] nam B 27 Ysidoro et
 om. D
 LIVOR 1 dicitur] est B; vel om. C 2 corporis om. D; livii] livi B,
 luui D 4 tales D 6 vulnus et proprie D

care. Locare etiam dicitur pecunia conducere. Unde versus
(*Grec.* XIX, 17),

Qui capit ille locat, conducit qui pretium dat.

LOCUS dicitur a locando. Et nota quod in plurali dicitur
hii loci vel hec loca, sicut iocus, ioci, hii ioci vel hec ioca.
Unde in Doctrinali (371-2) scribitur,

Est locus, atque loci sunt artis, sunt loca terre.
5 Sic iocus atque ioci, ioca vult variatio subdi.

Et, sicut dicit Huguicio, locus est «substantia vel qualitas
qua aliquid circumscribitur. Item locus est maxima propo-
sio unde trahitur argumentum tam in dialectica quam in
rethorica». Secundum Papiam (*s. v.* Loculus) locus est «ad
10 aliquid ponendum factus». Item locus dicitur facultas, copia,
potestas, condicio, tempus, occasio, opportunitas. Item locus
summus, dignitas, auctoritas, honor, magnitudo, maiestas,
fastigium, splendor, gradus, gloria. Loculus diminutivum
est a locus, unde et locellus. Est autem loculus parvus locus,
15 bursa, feretrum.

LOCUPLES, locupletis communis est generis et est idem
quod dives. Et componitur a locus, loci et plenus, plena,
plenum quasi locis plenus vel componitur a loculus et ple-
nus quasi plenos habens loculos. Unde locupleto, tas ditare.
5 Et nota quod locuples terminatur in s et numquam in x.
Item in omnibus casibus, exceptis nominativo et vocativo
singularibus, producit hanc sillabam ple. Unde Persius
(3,73-4),

Disce neque invidias, quod multa fidelia putet
10 In locuplete penu.

LOCO 4 qui loca ille capit qui conducit pretium dat C

LOCUS 2 hii *om.* D; sicut . . . ioca *om.* A; iocus] a iocus C; hec
alterum *om.* C 7-8 propositio et habitudo C, propositio vel habitu-
do BD 10 item] unde C 11 item] idem quod A, idem D 14 est
primum *om.* D 14-15 locus scilicet bursa C

LOCUPLES 1 locuplex D; est *primum om.* C 6 excepto C 9 nec C

Et similiter in hoc verbo locupletato producitur.

LOCUSTA, sicut ait Strabus in glosa Exodi x a (4), «quia longiora habet retro crura vocatur locusta quasi longa hasta. Greci vero hastacon» appellant. Idem dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (8,9). Est autem animal parvum, dente no-
 5 xium. Unde dicit Gregorius (*in Glosa*) super Exodi x (4) locusta «plusquam cetera animantia frugibus nocet». Item Ieronimus in glosa Ioel i (4), «Eruca est vermis qui in oleribus maxime invenitur, bruchus vocatus, fetus locuste antequam habeat alas, deinde cum incipit volare vocatur atelabus,
 10 bus, cum vero pleniter volat dicitur locusta». Crisostomus super Mattheum (3,4) sic ait locuste sunt volatilia quidem, munda tamen, parva et non satis in altum volantia, que manducabat Iohannes constitutus in deserto. Item Arnulphus quidam expositor sic ait minimum genus locustarum in
 15 deserto Iudee, quo pastus est Iohannes, usque hodie apparet, que habent corpusculum in modum digiti manus, membris exilibus et brevibus, in herbis facile capiuntur. Cocte quoque in oleo pauperem prebent victum.

LONGEVUS, va, vum, id est longi evi senex. Unde hec longevitas, id est longi evi vita.

LONGINQUUS dicitur remotus, longe habitans. Unde hec longinquitas.

LONGITURNUS dicitur diuturnus, longe durans. Unde hec longiturnitas.

11 locupletato tas B; *post* producitur *add. in textu* AC, *in marg.* D: fidelia dicitur olla puteo es dicitur fetere unde versus nemo placere putet cuius presentia putet penus dicitur celarium. Cf. *Walther*², no. 16396

LOCUSTA 1 x C 2 habet *om.* D 3 astaon A, astacon D 4 autem *om.* D 4-5 nexium C 6 nocet *om.* C; item *om.* B 7 ioelis BC 7-10 eruca . . . locusta: *haec verba Hieronimo in Glosa non attribuuntur* 7 que C 8 bruchus autem B; vocatur BC 9 incipit parum volare B 10 plene B 11 quedam B, quidam D 12 immunda D 13 sanctus iohannes baptista B; anulphus B 16 que] qui B

LONGINQUUS 1 longincus B

LORAMENTUM dicitur concatenatio lignorum que solet fieri in fundamentis edificiorum ubi non potest inveniri terra solida ad fundandum edificium. Et dicitur a lorum, lori, quod est habena quia, sicut catenule in loro coniunguntur, ita
 5 ligna illa connectuntur. Item «loramenta dicuntur plura lora vel laquearia» secundum Huguitionem (*s. v. Licio*). Sed Papias dicit sic, loramenta dicuntur in parietibus tabule vel alia ligna que immittuntur.

LORICA dicitur quasi loris carens. Unde Ysidorus Ethimologiarum xviii (13,1), «Lorica vocata est eo quod loris careat, solis enim circulis ferreis contexta est». Et ubique producit hanc sillabam ri. Unde Ovidius Methamorphoseon iii a
 5 (63-4),

Loriceque modo squamis defensus et arte
 Duritia pellis validos cute repulit ictus.

LUBRICUS, ca, cum dicitur a labor, beris et est differentia inter lubricum et labile quia labile est quod labitur, sicut fluvijs, lubricum autem, sicut ait Papias, non dicitur quod labitur sed in quo quis labitur, sicut est glacies vel terra argillosa. Item lubricum dicitur quicquid labitur dum tenetur,
 5 ut piscis, serpens. Item lubricus dicitur levis, vitiosus, vanus, frivolus, ineptus, lascivus, luxuriosus, defluens. Ita dicit Papias. Unde versus de Grecismo (xiii, 234-5),

10 Labilis est fluvijs, dicatur lubricus anguis,
 Et tamen utrumque de labor laberis exit.

Item a lubricus dicitur lubrico, cas, id est labi, vacillare. Unde Prudentius in Sichomachia (572),

Lubricat incertus dubia sub imagine visus.

Et inde dicitur hic lubricus, vermis intestinorum et terre,

LORAMENTUM 1 lignorum *om.* AD 3 fundandum] fundamentum C
 LORICA 2 eo] et AC 3 circulus C; ferreis *om.* C; est *om.* B 6 arte]
 acre A
 LUBRICUS 3 autem *om.* B 6 piscis et serpens B 8 unde *om.* B 14 hic]
 hinc C

15 quasi lumbricus, vel quia in lumbis sit quasi lumbricus.
Unde Macer De viribus herbarum (1509),

Lumbricos ventris eadem potata repellit.

Ita dicit de decoctione isopi.

LUCEO luces, lugeo luges hec duo formant
Preteritum luxi, faciet sed lugeo luctum,
Luceo sit neutrum nec debet habere supinum.

Ita scribitur in Grecismo (xvi, 114-16).

LUCIFER exponitur supra ubi exponitur arturus. Versus de
Grecismo (ix, 339-40),

Hesperus in nocte dicatur, mane vocatur
Lucifer et semper nocte dieque Venus.

LUDERE in avibus celi dicitur venationibus indulgere vel di-
vinationem per volatum avium querere. Ita exponitur Baruc
iii c (17).

LUDIBRIUM «est aliqua res que ludo et contemptui haberi
digna est». Ita dicit Papias. Et dicitur a ludo, dis. Et inde
ludicrus, cra, crum et inde hic et hec ludicris et hoc ludicre,
id est ludo plenus vel quod in ludo geritur. In plurali hii
5 et hee ludicres et hec ludicra et numquam ludicria. Ita dicit
Priscianus (vii, 73) et adducit exemplum Virgilii in xii
(764-5) Eneidos ubi dicitur,

neque enim levia aut ludicra petuntur
Premia, sed Turni de vita et sanguine certant.

15 lumbricus] lubricus BC; fit AC; lumbricus] lumbi A 17 lu-
bricos D 18 dicit *om.* A; coctione C

LUCEO 1 luces et lugeo A 3 fit ABC

LUCIFER 4 Lucifer et] lucifera C

In marg. fol. 93 add. D: lucubro bras dicitur vigilare et proprie lucu-
brare est vigilare ad lucubrum id est ad lucernam de nocte est
autem lucubrum modicum lumen vel modicus ignis sicut fit ex
crucibolo vel ex quolibet alio et in umbra unde dicitur lucubrum
eo quod luceat in umbra et hec lucubra

LUDERE 3 c *om.* BC

LUDIBRIUM 2 inde *om.* B 4 quod *om.* B; plurali dicitur hii BC 5 non
numquam B

- 10 Papias sic exponit, ludicra sunt ludorum carmina vel inhonesta certamina vel turpia et inhonesta que in ludis geruntur.

LUERE, sicut dicit Hugutio, «equivocum est ad quinque. Luere enim dicitur deturpare, maculare». Unde hec lues, luis, id est «macula vel sordes vel pestilentia vel morbus repentinus». Item luere dicitur «purgare, delere». Item
 5 luere idem est quod «punire». Item luere idem est quod «persolvere, sustinere, ut 'iste luit penam', id est persolvit et sustinet». Item «luere spectat ad actum vervecum et arietum cum sint in amore coeundi. Unde vulgo dicitur 'aries modo luunt', id est coeunt vel coire appetunt. Versus
 10 (*Grec.* XVII, 50-1),

Ere luo pignus, penas cruce, luce tenebras,
 Dicitur et luere quando salitur ovis.

Et declinatur secundum Huguitionem luo, luis, lui, luere, lutum, prima producta, et similiter in compositis producit
 15 hanc sillabam lu in supino. Lues secundum Papiam et Ysidorum a labe et luctu dicitur. Est enim morbus pervagatus pene omnes involvens. Et repentinus languor simul cum morte venit. Idem et pestilentia.

LUGEO, ges, luxi, luctum, id est flere, sed flere proprie est uberius lacrimas fundere quasi fluere. Plorare est cum voce lacrimas fundere. Unde dicitur ploro quasi per lumina roro. Plangere est cum lacrimis pectus aut faciem tundere

10 ludorum carmina vel *om.* C 11 inhonesta autem A 11-12 *ut post geruntur addenda in marg.* A: aut in scenis ludorum vel inhonesta dicta; *post geruntur in textu add.* A, *post certant (v. 9) C, in marg.* D: propter mutam et liquidam producit virgilius mediam sillabam in hac dictione ludicra cum tamen naturaliter sit (fit D) brevis

LUERE 1 dicit] ait C 2 imaculare D 7 vervecum] venereum C, vernetum D 8 sunt BD; unde et B 9 *Post appetunt in textu add. C, in marg.* AD: (hic C) vervex vervecis (*om.* CD) quasi vermen vehens dicitur aries qui vermen (vermem C) vehit in capite unde frequenter cogitur pugnare 16 laba C; morbus vade pervagatus B
 LUGEO 3 tundere unde dicitur plangere quasi C; dicitur *om.* D

5 quasi plagis angere, lugere autem cum aliquibus dictis miserabilibus et habitus mutatione flere. Unde lugere dicitur quasi luce egere, merere quasi mente carere. Versus,

Flet lacrimis rorans, vocem solet addere plorans,
 Dat lacrimas plangens pectus simul ictibus angens,
 10 Sordida lugentis toga sit quasi lucis egentis,
 Flendo qui meret reticet quasi mente careret.

LUMBARE, quod et hoc lumbar per apocopam invenitur, dicitur cingulum lumborum quia circa lumbos ponitur. Et dicitur a lumbis sicut renale a renibus.

LUMBI «ob libidinis lasciviam dicti quia in viris causa corporee voluptatis in ipsis est sicut in umbilico feminis». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,98).

LUNA dicitur quasi luce lucens aliena; lucem enim a sole recipit et acceptum reddit. De luna multa dicit Ysidorus Ethimologiarum iii (53 *sqq.*) et Augustinus in expositione Psalmi decimi, et in libro Papie omnia recitantur. Item a luna
 5 dicitur lunaticus, ca, cum qui singulis lunationibus vexatur et mente laborat cum luna plena est. Et de quibusdam talibus dicit Ysidorus in iiiii (7,5-7) Ethimologiarum, «Epilempsia vocabulum sumpsit quod mentem appendens pariter et corpus possideat. Greci enim appensionem epilempsi-
 10 psiam appellant. Fit autem ex melancolico humore quotiens exuberaverit et ad cerebrum reversus fuerit. Hec passio et caduca dicitur eo quod cadens eger spasmos patiatur. Hos etiam lunaticos vulgus vocat quod per lune cursum comiten-

5 quasi plagis angere *om. B, in marg. D; autem om. D; autem quasi A* 6 lugere] luere C 9 lacrimans B 11 recitet D

LUMBARE 1 apocapam A, accopam D

LUMBI 2 sicut] sic ACD

LUNA 1 lucem] lumen BD 2 *Post reddit add. B: vel luna dicitur quasi lucens nocte B* 4 decimi] de cri A 6 de *om. C* 7 in *om. C; iiiii] vi C, iii D* 7-8 epilepsia AC 8 mente A; apprehendens C 9 possidebat A, possidet D; apprehensionem C 9-10 epilepsiam AC 11 exverberaverit B 12 spasmos C 13 binaticos C; quod] quia C

tur eos insidie demonum. Idem et larvatio, id est morbus
 15 comitalis, cui tanta vis est ut homo valens concidat et spu-
 met. Comitialis autem dictus quia apud gentiles cum comi-
 tiorum die cuidam accidisset comitia dimittebantur. Erat
 autem apud Romanos comitiorum dies sollempnis in calen-
 dis Ianuarii». Hucusque sunt verba Ysidori. Non tamen per
 20 hoc intellegas quod omnes lunatici sint epilentici. Multa
 enim lunatici, licet amentes sint, non tamen ita cadunt.
 Et nota quod comitium dicebatur tempus in quo consules
 eligebantur et intronizabantur, et ipsa intronizatio vel electio
 comitium dicebatur vel sollempnitas que tunc fiebat in con-
 25 ventu populi vel locus in quo fiebat. Et dicitur comitium
 quasi coitium quia totus populus illuc conveniebat. Unde
 comitius vel comitalis dicitur morbus caducus vel passivus
 quia in comitiis ille qui patiebatur repulsam pro pudore
 morbum caducum incurrebat; quidam etiam timore repulse,
 30 id est timentes repellii. Unde comitio, as, id est comitium
 celebrare, eligere, intronizare vel in comitio et conventu
 loqui. Larvatio autem est larve aptio. Larva autem, ut ait
 Huguitio (s. v. Larva), est simulacrum «quod apponitur
 faciei ad terrendum pueros. Et larva dicitur maleficus incan-
 35 tator» cum verbis demonum et ipse demon. «Dicunt enim
 larvas esse demones factos ex hominibus qui mali fuerint,
 quorum natura debet esse pueros terrere et in angulis gar-
 rire tenebrosis. Unde in quodam hympno apostolorum di-
 citur 'larvas repellunt usque ad mundi limitem'». Et hinc
 40 larva dicitur «quod apponitur faciei ne quis cognoscatur vel
 ad terrorem». Et dicitur larva quia «videtur imago demonis

14 insidie insanie A; id est] ipse et C 16 dicta B 17 accidisset
 et comitia AD 25 vel *om.* A 26 conveniebant AC 27 comitia
 vel comitalis D 28 ille *om.* C; pro] pre B 29 etiam] tamen B;
 repuse B 31 vel eligere vel intronizare C; et *om.* ABD 33-34 si-
 mulacrum quod terret quod apponitur faciei ad terrendum pueros
 ACD, simulacrum ad terrendum maxime pueros quod apponitur
 faciei ad terrendum pueros B 35 enim *om.* AD 36 esse *om.* C
 39 ad *om.* ACD; limitatem A

...Unde larvo, vas dicitur larvam induere, et larvatus, tum larva indutus vel a demone obsessus». Magister in Historiis (1583) sic ait, «Non ex vitio lune patiuntur lunatici
45 sed demones eos hiis vexant temporibus ut per lunam infament lune creatorem».

LUNULA dicitur parva luna vel quoddam genus monilis. Unde Ysidorus Ethimologiarum xix (31,17), «Lunule sunt ornamenta mulierum, in similitudinem lune, bulle auree dependentes».

LUPANAR dicitur domus meretricis vel «prostibulum, sic dictum eo quod post ludos exactos meretrices ibi prosternebantur, . . . que propter vulgati corporis levitatem lupe nuncupantur, nam lupe vocate sunt meretrices a rapacitate quod
5 ad se miseros rapiant et apprehendant. Lupnaria enim a paganis constituta sunt ut pudor mulierum infeliciū ibi publicaretur et ludibrio haberentur tam hii qui facerent quam que paterentur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xviii (42,2).

LUSCUS, ca, cum dicitur qui tantum habet unum oculum et altero caret. Et componitur a luce et carens quia partem lucis habet et parte caret. Unde Ysidorus Ethimologiarum x (163), «Luscus dictus quod lucem ex parte videt, sicut
5 luscusos qui vespere nichil videt». Vel dicitur luce carens quia caret luce non lucibus, vel dicitur luscus quasi lucis custos quia oculi custos est non oculorum.

LUSTRO, tras sex habet significationes. Significat enim cir-

42 larvam] larva AD 45 vexantur C

LUNULA 3 similitudine AD

LUPANAR 1 sicut C 2 dictos A, dictum est C 2-3 prosternabantur AD 3-4 nuncupantur] vocabantur B 4 vocate sunt] dicte sunt B; rapacitate vocate AD; eo quod B 8 que] heeque B, qui C

LUSCUS 1 dicitur om. C; qui om. D; habens D 2 quia] quasi C 4 quod] quia B; sicut] unde C

LUSTRO 1 tras vi sex C

cumdare, serenare, purgare, circuire, luminare, piare. Ita dicit Huguitio. Unde versus,

Lustro circumdo designat sive sereno,
5 Purgo, circueo, lumino sive pio.

Et inde verbalia secundum istas significationes formantur.

LUSTRUM, lustrum a lustrando dicitur purgatio sive circuitio vel luminatio. Item secundum Ysidorum (xiv, 8, 29) lustrum dicitur «obscurum latibulum ferarum et cubile luporum». Item lustrum dicitur lupanar sive prostibulum. Et ista duo
5 dicuntur per contrarium a lustro, lustras quia parum illustrantur vel illuminantur quia sunt abdita et obscura. Item lustrum dicitur spatium v annorum consideratum a Romanis ad tempus dictature. Et dicitur a lustro, lustras quia in fine quinquennii et in principio alicuius dictature circuibant
10 civitatem cum cereis et candelis. Et adhuc ecclesia commemorat lustra dicens, lustris sex qui iam peractis etc. Ita scribitur in Compoto. Sed Papias dicit sic, lustrum quinquennii tempus apud Romanos dictum quia census per quinquennium in re publica agebatur. Deinde peracto censu
15 et sacrificio facto urbs Roma lustrabatur et fiebat amburbale, id est ambitus sive circuitus urbis.

LUTER, luteris dicitur «concha sive cantarus aquarius». Ita dicit Huguitio (*s. v. Luo*). Preterea luter dicitur lavatorium et quodcumque vas purgandis sordibus deputatum. Et dicitur a luo, luis, quod est purgare. Vide supra ubi exponitur
5 luere.

LUTUM, luti dicitur sordes terre, scilicet cenum. Et, sicut

5 circumeo C

LUSTRUM 1 sive] vel B; circuitio C 2 lustrum *om.* AC 5 per contrarium *om.* C 5-6 lustrantur B 6 vel] id est BC 9 circumibant C 11 lustra dicens *om.* C 15 Roma] rationa B, romam C; aburbale D

LUTER 1 chanca C; sive] vel BC 2 *Post Huguitio add. in textu AC, in marg. D: cantarus vas quodam est ad aquam vel vinum portandum; luter lutus B 5 luere] avere A*

dicit Ysidorus (*Etyim.* xvi, 1,4), «Lutum quasi lotum dicitur per antifrasi quia non sit mundum, nam omne lotum mundum est». Sed melius dicitur a luo, luis, quod est maculare vel deturpare quia lutum maculat et deturpat. Et corripit primam sillabam. Versus,

Cenum dico lutum, croceus color est tibi lutum.

Vas luteum fragile, toga lutea tegmen herile.

Et dicit Ysidorus *Ethimologiarum* xvi a (1,2-4), «Limus vocatus eo quod levis sit. Cenum vero vorago luti . . . Lutum quasi lotum per antifrasi». Item a luto et lentos, quod est plenus, componitur lutulentus, ta, tum, id est luto plenus.

LUXURIA proprie est solutio libidinis. Ampliata autem appellatione dicitur luxuria superfluitas et in cibo et in vestitu et in aliis rebus. Et dicitur a luxu, quod est luxuria. Luxus autem dicitur a luxos grece, quod est solutio latine. Et a luxuria dicitur luxuriosus et luxurior, aris, quod apud antiquos dicebatur luxurio, as. Grecismus (x, 27-8) ponit tales versus,

Factum luxuries notat affectumque libido,

A luxu primum dic, a libet esse secundum.

M

MACELLUM «dictum eo quod ibi mactentur pecora que mercantibus vendantur». Ita dicit Ysidorus *Ethimologiarum* xv (2,44).

MACERIA, macerie est longus paries quo clauditur vinea vel aliud. Et dicitur a macros, quod est longum. Unde dicit Ysidorus *Ethimologiarum* xv (9,4), «Macerie sunt parietes

LUTUM 8 herile] habile A 9 et] ita A 12 plenum B

LUXURIA 1 autem] ante AD 1-2 appellationem AD 2 et in coitu et in cibo B, in coitu et in cibo C 3 luxuria vel superfluum B 5 quod om. BC

MACELLUM 1 macteur C; que a C

MACERIA 2 et dicitur om. B; dicit om. D 3 Eth om. C; xv] x D

longi quibus vinee aliquae clauduntur, longum enim Greci
 5 macron dicunt». Item maceria dicitur membrana secundinarum qua involvitur puer in utero, quae dividitur in partu et sequitur puerum. Unde super illud Genesis xxxviii (29), «Quare divisa est propter te maceria?» dicit una glosa «secundinarum membranula quam rupit cum manum emisit
 10 ut alter nasceretur». Item dicit Ieronimus ibidem, «Pro maceria Aquila et Symachus divisionem transtulerunt quod hebraice dicitur phares. Ab eo igitur quod diviserit membranulam secundinarum divisionis nomen accepit».

MACULENTUS, ta, tum dicitur valde macer, macie plenus. Et componitur a macie et lentos, quod est plenus. Et nota quod lentos frequenter venit in compositionem nominum latinorum, ut sompnolentus plenus sompno, sanguinolentus
 5 sanguine plenus etc.

MACHINA, ut ait Papias, dicitur fabrica vel instructio. Et dicitur a machia grece, quod est pugna latine. Et dicit Hugutio (s. v. Machia) quod machina dicitur «omne quod ingenio paratur, ut muralis, balista et similia, et proprie illa
 5 que ad pugnam parantur, licet quilibet artificiosa operatio vel constructio dicatur quandoque machina . . . Et inde machinor, aris dicitur machinas facere, parare, construere vel cogitare malum . . . vel astute insidiari». Secundum Papiam machinari dicitur instruere, munire, fabricare, moliri, ex-
 10 quirere, invenire, etc.

MACTO, tas dicitur immolare, trucidare, interficere. Versus,

Mactat significat necat, immolat atque trucidat.

4 grece C 5 dicitur] dicuntur C 8 dicit ibi una B 9 rumpit ABD 10 ut] vel C; item] ita ACD 12 divisit BC 13 secundinarum om. C

MACULENTUS 1 macie] macerie D 2 macie] macerie D

MACHINA 2 machia] machina C 3-4 omne illud quod operatur B 4 muralis vel balista AC 6-7 quandoque . . . construere om. D 7 dicitur om. C

MACTO 2 trucidat etc. B

MADIAN et Epha regiones sunt ubi dromedarii abundant.

MAGDALENUS, na, num est nomen proprium et possessivum. Et producit penultimam sillabam, ut terrenus, Antiochenus et cetera eiusdem terminationis possessiva, sicut patet ex verbis Prisciani (II, 50). Unde ille versus quem quidam legunt in Doctrinali (1478) falsus est,

Plorans Magdalena querit si sustulit illum,

quia Magdalena producit penultimam sillabam. Quidam autem volentes vitare falsitatem istam dicunt,

Flens Magdalene querit si sustulit illum.

10 Et hii aliam falsitatem incurrunt quia producunt hanc sillabam da que naturaliter brevis est. Et dicitur Magdalenus a Magdalo. Est autem Magdalum civitas in confinio Egypti, sicut dicitur in Historiis (1157) super xiiii Exodi.

MAGNATUS, ti dicitur qui maximus est in populo. Et hic et hec magnas, atis in eadem significatione.

MAGISPLURIS, id est multo pluris pretii vel estimationis. Et ita comparativum magis ponitur pro multo Matthaei vi (26).

MAGI «ab oriente venerunt» etc. Matthaei ii a (1). Crisostomus, magi non malefici sed sapientes intelliguntur. Unde glosa «Magi non malefici sed philosophi Chaldeorum qui philosophantur de singulis, ut dicitur de genere Balaam, et
5 successores doctrinarum eius». Item dicitur in Historiis (1541) «a magnitudine scientie magi sunt nuncupati, quos enim Greci philosophos Perse magos appellant», Iudei scri-

MADIAN ubi] in quibus B; habundat C

MAGDALENUS 1 est *om.* B; proprium] patrium D; et *om.* BD 5 est scilicet B 6 tulit C 12 Magdalum] magdalon D

MAGNATUS 1 dicitur *om.* C; ille qui B

MAGISPLURIS 1 vel estimationis *om.* D 2 comparatur D

MAGI 1 veniunt B 2 magi . . . intelliguntur *om.* C 6 nuncupati] vocati B 7 Iudei vero B

- bas, Latini magistros. Item (*Hugutio*) «magi olim stellarum interpretes dicebantur qui divinabant cum quis nascebatur
 10 qualiter se habiturus esset». De hoc invenies supra ubi exponitur ariolus. Postea magi dicti sunt qui modo vulgo dicuntur «incantatores et malefici ob facinorum magnitudinem». Et inde magicus, ca, cum. Et dicit Hugutio «quod orientales dicuntur magi» quia prevalent in arte magica.
 15 «Et dividitur ars magica in prestigium et maleficium. Prestigium est sensuum humanorum illusio, et secundum hoc incredibiles rerum mutationes videntur fieri, ut terre cumulus videatur castrum, lapillus talentum» et huiusmodi. Maleficium autem cum generaliter possit dici quodlibet maleficium, hic
 20 tamen specialiter dicitur illud quo nos devincimus demones ut nobis pareant nostra missatica deferentes». Prestigium dicitur a prestringendo quia prestringit aciem oculorum ne videat rem sicuti est. Vel dicitur prestigium quasi prestringivum quia preextinguit certitudinem visus. Vel componitur
 25 prestigium a pre et stix, stigis, quod est palus infernalis et ponitur pro inferno. Unde prestigium dicitur quasi ad stigem previum sive preparatorium quia prestigiatores preordinat ad infernum, suple nisi penituerint.

MAGISTER dicitur quasi maior statu vel statione, nam steron grece statio latine.

MALAGMA, malagmatis dicitur emplastrum, medicamentum quoddam, et secundum quosdam dicitur malagma quasi malum agens, id est educens curando, vel dicitur malagma quasi molagma quia molendo, id est terendo, agitur. Et hoc
 5 videtur velle Ysidorus *Ethimologiarum* iiii (9,11) ubi ait,

10 hoc] his A 11 modo *om.* C; vulgo *om.* B 15 ars magica *om.* B
 18 videatur] videa B 19 autem *om.* AB; cum] est cum B 20 quo]
 quod C; nos] nobis ACD 21 prestingium B 23 quasi prestringivum *om.* C 27 pervium A; sive] seu B; preordinant BC

MAGISTER 1 sterion B

MALAGMA 1 emplastrum B 2-3 quasi . . . malagma *om.* C 3 malagma] malagina D 4 molagina D; quia molendo *om.* D, in molendo C; hec C

«Malagma dicitur quod sine igne maceretur et comprehendatur». Sine igne dicit quia herbe vel species ex quibus fit non decoquuntur sed macerantur, id est conteruntur. Macero enim maceras, sicut ait Huguicio, dicitur «contere vel dilaniare, frangere, debilitare et mollificare». Et
 10 rere vel dilaniare, frangere, debilitare et mollificare». Et secundum Papiam significat cruciare, torquere, et angere.

MALIGNUS, sicut ait Ysidorus in x (176) Ethimologiarum dicitur, «qui malitiae votum vel opus peragit». Quod autem dicitur malignus quasi male ignitus ethimologia est. Et subdit Ysidorus, «Malitiosus deterior malo quia frequenter
 5 malus». Inter malitiam et malignitatem talis ponitur differentia in Papia quia «cogitatio prave mentis malitia dicitur. Malitiae votum vel opus malignitas appellatur». Item a malignus dicitur maligno, nas, id est maligne facere vel malignum facere. Et in eodem sensu, sicut ait Huguicio, dicitur
 10 malignor, malignaris.

MALOGRANATUM fructus est arboris malogranati. Et componitur a malum, mali, quod est pomum, et granum. Unde ait Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,6), «Malogranatum dicitur eo quod intra corticis rotunditatem granorum contineat
 5 multitudinem». Malogranatus autem pro arbore feminini generis est. Et nota quod sepe inveniuntur due dictiones posite pro una. Et dicitur malum granatum pro malogranato et mala granata pro malogranatis. Eadem tamen est significatio.

MALUM, mali dicitur pomum a malon, quod est rotundum. Hec malus dicitur pomus quia fructus eius sit rotundus. Item hic malus dicitur arbor navis quia rotundus est. Ysi-

6 malagina D 9 enim om. A 10 vel om. BC; delaniare AD; mollicare A 11 et om. A

MALIGNUS 1 in om. D 2 votum] nomen C; quod om. C 3 malignus om. C 4 deterior est malo C 6 cognitio C

MALOGRANATUM 5 femini D 6 quod om. AC 7 et] ut cum B 8 mala] malo D

dorus Ethimologiarum xix (2,8) sic ait, «Malus est arbor
 5 navis qua vela sustentur, sic dictus quia habet instar mali
 in summitate vel quia quasi quibusdam malleolis ligneis
 cingitur, quorum volubilitate vela facilius eleuantur». Item
 hec mala dicitur maxilla. Versus (*Nequam*, fol. 123^v, 17-18),

Malo male mali mala malis rodere mala
 10 Quam malo titubante male mala ferre Malee
 Mala mali malo mala contulit omnia mundo.

MALUM PUNICUM «dicitur eo quod de Punica regione sit
 genus eius translatum. Idem et malogranatum». Ita dicit
 Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,6).

MALLEUS est instrumentum fabri quo malleat et cudit et
 producit ferrum dum calet. Et dicitur a molliendo quasi
 molleus quia mollit ferrum vel quia molle ferrum producit.
 Unde malleolus diminutivum, scilicet parvus malleus. Item
 5 malleolus, sicut ait Ysidorus Ethimologiarum xvii (5,5), «Di-
 citur palmes natus in prioris anni flagello, cognominatus ob
 similitudinem rei, quod in ea parte qua deciditur ex veteri
 sarmento prominens utrimque mallei speciem prebet». In
 glosa autem Danielis iii d (46) dicuntur malleoli «vimina
 10 vel sarmenta arentia».

MAMMA, sicut ait Hugutio (s. v. Malon) dicitur a mala
 «quia rotunda est ut mala. Unde hec mamilla diminutivum.
 Et sunt mamme mulierum, mamille virorum, ubera pecorum.
 Papille vero sunt capita mammarum que sugentes compre-
 5 hendunt». Unde Ysidorus Ethimologiarum xi (1,74-6), «Ma-
 mille vocate quia rotunde sunt quasi male, per diminutionem

MALUM 8 versus *om.* C 9-11 *glossae interlineares in D ut sequitur*
 9 malo id est magis volo D 10 quam] quarum D; malo arbore D;
 mala periculum CD; ferre malee est in mari CD 11 mala mali
 malo id est maxilla ade pomo D

MALLEUS 1 cudit] tundit BC 3 molleus] molliens AB, mollens D 7 eo
 quod CD 8 in sarmento B, sacramento C; utrumque ACD,
 utrique B

MAMMA 2 hec *om.* C

scilicet a mamma. Papille capita mammarum sunt . . . sic dicte quia eas infantes quasi palpant dum sugunt. Proinde mamilla est omnis eminentia uberis, papilla vero breve illud
 10 unde lac trahitur. Ubra autem dicta vel quia lacte uberta vel quia humida humore, scilicet lactis, in modum uvarum plena». Unde ubra quasi uvida. Grecismus (XII, 17-21),

Esse viri proprie mammillas dicimus atque
 Ubra sunt pecudum, sed mamme sunt mulierum.
 15 Cuius mammillas dixisti dicque papillas.
 Est omnis generis uber, nota fertilitatis;
 Est neutrum tantum cum fetus est alimentum.

Secundum Iuvenalem dicitur mamilla non mammilla. Unde et corripit primam sillabam dicens (12, 74),

20 Et numquam visis triginta clara mamillis.

MAMMONA, sicut dicit Papias, «apud Hebreos divitie appellari dicuntur». Congruit et punicum nomen, nam lucrum punice mammon dicitur. Ieronimus (PL 26,44) in quadam glosa Matthei vi (24) sic ait, «mammona sira lingua dicitur
 5 divitie». Et dicitur nomen demonis qui preest divitiis, non quod in eius dicatione sint sed quod eis utitur ad decipiendum, irretiendo laqueis divitiarum.

MANAA interpretatur sacrificium. Unde Baruc 1 (10) dicitur, «emitte holocaustomata et thus et facite manaa», ubi aliqui mendosi codices habent manna, alii habent misericordias. Ista autem expositio potest haberi ex glosa Ieronimi

7 mamma] manna C 8 quia] quod C 10 autem] sunt C 12 uvida] humida D 17 fetus] fetibus B 18-20 secundum . . . mamillis in marg. D 18 nota quod secundum B; iuvenalem cui magis credendum est debet dici C 18-19 dicitur . . . et om. B 18 mamilla et non C 19 cum dicit B

MAMMONA 1-2 appellari dicuntur] appellantur D 2 congruit . . . nomen om. B 3 punice] punire D, om. B; mannon C; in om. C 6 dicatione] dictione AD, om. C, dicatione hoc est potestate B; quod alterum om. D

MANAA 1-2 dicitur om. B 2 holocaustamata B, holocaustoma C 4 Ieronimi om. C

5 Ieremie xvii g (26) ubi dicitur, «sacrificium pro quo lxx hebraicum posuerunt manaa», quod significat sacrificium. «In nostris codicibus scriptorum negligentia manna legitur».

MANCIPIUM quasi manu captum dicitur servus, et hic et hec manceps quasi manu captus in eadem significatione. Proprie autem manceps sive mancipium appellatur qui in bello capitur et in servitutem redigitur. Sed modo, sicut ait
 5 Huguitio (s. v. Munio), ampliata est appellatio huius nominis manceps vel mancipium ut dicatur «filius nondum emancipatus», vel ipsa filia mancipium, «et quicquid potest manu capi et subdi» mancipium dicitur, «ut homo, equus, ovis. Hec enim animalia statim ut nata sunt mancipia esse
 10 putantur, nam ea que in bestiarum numero sunt tunc videntur esse mancipia quando capi sive domari ceperint». Omnia ista invenies in Papia. Item dicit Papias, mancipare est mancipium facere, in servitutem redigere, manu captum adducere. Et addit Huguitio quod mancipare est «manu
 15 tradere vel dare vel ducere et simpliciter ponitur pro dare et est activum». Invenitur etiam neutrum pro servire.

MANE nomen indeclinabile est vel adverbium temporis. «Et dicitur a manim, manim enim antiqui bonum dicebant. Quid enim melius est luce? Vel dicitur a manibus quorum conversatio a luna ad terram est. Vel dicitur ab aere quia
 5 manus, id est perspicuus et rarus, est». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum v (30,14).

5-8 *Hanc expositionem in glosa non invenimus sed cf. PL 24, col. 793: sacrificium pro quo lxx ipsum verbum Hebraicum posuere MANAA quod pessima consuetudine, immo scriptorum negligentia, manna in nostris legitur. 6 hebraice D; sacrificat A 7 manna om. D*
 MANCIPIUM 3 autem] est C 6 nundum BD 12 item] ita AD; mancupare A 14 est om. B 15 dare alterum] dare vel ducere C
 MANE 2 a om. C; manin manin A 6 viii C; post Ethimologiarum v add. in textu A, in marg. D: manes (macines D) manium manibus dicuntur dii infernales et dicuntur a manin quod est bonum per contrarium vel a manando quia manant per vias

MANE TECHEL PHARES exponitur in textu Danielis v g (25).

Mane techel phares vigili si mente notares
Rapta resignares et meliora dares.

- MANDRAGORA secundum Augustinum genus pomi est. Unde super illud Genesis xxx (14), «Egressus Ruben . . . reperit mandragoras» etc. Interlinearis «pulchra poma odora et insipida». Et in glosa marginali dicit Augustinus, «De hoc
5 pomi genere opinari quosdam scio quod acceptum in escam sterilibus feminis fecunditatem parit» etc. Subdit, «Cum mala hec ipse vidissem et propter sacre lectionis hunc locum michi obtigisse gratularer, rara enim est res, naturam eorum quantum potui perscrutatus sum, non aliqua a communi
10 sensu remotiore scientia, que docet virtutes radicum et potestatem herbarum, sed quantum renuntiat visus, olfactus, gustus, rem comperi pulchram, suaveolentem, sapore autem insipido. Cur ergo eam mulier tanto opere cupierit nescio, nisi forte propter pomi raritatem et odoris iocunditatem».
- 15 Ysidorus Ethimologiarum xvii (9,30) ubi agit de herbis aromaticis et communibus sic ait, «Mandragora dicta quod habeat mala suaveolentia ad magnitudinem mali Maciani». Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,3), «Mala Maciana a loco vocata unde prius adventa sunt». Forte sunt sicut poma sil-
20 vestria. «Unde et eam Latini malum terre vocant. Hanc poete antropomorpheos appellant quod habeat radicem formam hominis simulantem», antropos enim grece, homo latine. «Cuius cortex vino mista ad bibendum datur hiis quo-

MANE TECHEL 1-3 *In marg.* A 1 mane . . . v g *om.* B; v g versus CD
2-3 *Cf. Walther*¹, no. 10647 2 techelque CD; vigili] memori B
MANDRAGORA 2 Ruben] urbem C 3-4 odora et] odorifera sed B 6
etc] et BC 7 ipse] tempore B; *Hic fere in marg. add.* AD: Theodolus mandragore sterili fons agricole sitiendi 11 olefactus C 12
compleri ABC; autem] aut D 13 opere] tempore CD; capierit B; nescio *om.* C 14 suavitatem ac iocunditatem B 16 quod] que
C 17 suaveolentia] olentia C 18-20 Ysidorus . . . silvestria *om.* B,
in marg. D 20 mandragoram latini A 21 antropomorpheos BCD
22 simulantem C, simulantem D 23 mista] inmissa A, missa BCD

rum corpus propter curam secundum est ut soporati dolo-
 25 rem non sentiant. Huius species due: femina foliis lactuce
 similibus, mala generans in similitudinem prunorum; ma-
 sculus vero foliis bete similibus» (*Isid. Etym.* xvii, 9,30). In
 Papia scribitur quod est genus herbe qua sompnus vocatur,
 que frequenter datur ubi vigiliarum incommodo egri la-
 30 borant. Et subditur ibidem, mandragora in Genesi genus est
 pomi similimum parvo peponi specie, odore suave olenti,
 ad magnitudinem mali Maciani etc. Dioscorides dicit quod
 mandragore «duo sunt genera, scilicet masculus et femina.
 Femina, que tridana appellatur, nigra folia lactuce similia
 35 sed minora habens, odoris gravissimi et quasi brumosi, que
 folia expansa sunt super terram, et in medio mala nascuntur
 similia uve viridi in quibus semen est simile opio, radices
 duas aut tres maiores habens sibi invicem coherentes, deforis
 nigras et intus albas . . . Masculus, quem multi antimonon
 40 dixerunt, folia habet alba et maiora, lata et mollia sicut
 bete. Mala eius duplicia nascuntur, colore croceo, odore
 suavi cum gravitate, que pastores manducant et statim
 sompnium capiunt . . . Aliqui radices eius in vino coquunt et
 non dormientibus dant et citius dormiunt. Dolores omnes
 45 compescit et si plus acceptum fuerit sectionem et ustionem
 medicine non sentire facit. Succus eius radicum duo oboli
 accepti cum mulsa flegma desursum purgant et coleram sicut
 elleborum. Et si plus bibitum fuerit infert mortem . . . Fo-
 lia eius viridia in tumoribus oculorum cum polenta impo-

25 huius sunt species B 26 primorum D 28 qua] que O 30 sub-
 ditur] scribitur BC 30-31 genus pomi est parvum B 31 parvo
 om. AB 32 discoriades C 34 appellantur C 37 opio] *notam mar-*
ginali exhibent ACD: nota quod (A *tantum*) opium huius (om. C)
 opii (om. C) dicitur succus laseris (laseris C) herbe ut (vel C) pa-
 paveris et dicitur ab opos quod est incisio unde macer de viribus
 herbarum loquens de papavere ait ex eius teneris opium faciunt
 capitellis (capitellas C) incisa leviter (lauter C) summa arte (vite A,
 om. C) etc. 39 antimonon] autinio non A 40 habet om. D 44 dor-
 miunt et dolores D 45 ustionem] ultionem C 47 mulsa] *notam*
marginali exhibet A: nota quod mulsa exponitur infra ubi expo-
 nitur mulsum; decursum C 49 viridia om. D

50 nuntur, . . . et apostematibus salutare remedium sunt et
 omnibus duritiis, scrofas ad sanitatem producunt, pustulis
 medicantur, attritionibus itinerum opitulatur, colorem bo-
 num vultibus prestant . . . Radix eius cum aceto trita ignem
 acrum extinguit, cum melle, rosis aut oleo morsibus vene-
 55 natis occurrit, cum aqua scrofis medetur, cum polenta adhi-
 bita ciragras solvit et articulorum dolores sanat et omnes do-
 lores mitigat . . . Mala eius humida sunt. Unde et sompnum
 faciunt. Succus foliorum eius vel totius herbe vires habet
 refrigerantes valde et stringentes et marcorem gravem fa-
 60 cientes. Unde et sompnifer creditur. Compescit etiam dolo-
 res et omnes vigilias et duritias» etc. «Mandragora alia, que
 morion dicitur, nascitur in locis umbrosis et speluncis, et
 folia sunt similia suprascripte. Alba hasta est ei, longa duo-
 bus palmis, album colorem subtus ad radicem habens. Radix
 65 eius mollis et alba est, longa duobus palmis, in grossitudine
 digiti maioris. Ista, ut dicitur, bibita et cum polenta comesta
 aut cum absinthio cocta amentes facit homines et sompnum
 ducit . . . Hanc medici chirurgici dant ad bibendum sicut su-
 periores et antifarmacicum esse, venenis contrarium pu-
 70 tant» etc.

MANDIBULA inferior maxilla dicitur a mando, mandis, man-
 dui vel mandi, dere, mansum, quod est comedere. Papias
 dicit quod mandibule sunt dentes molares, id est maxilla-
 rum partes, ex quibus et nomen est factum. Secundum Ysi-

51 scrofat AD; producit A 52 attritionibus] actionibus B 54
 aut] et A 56 solvit *om.* D; articulorum] oculorum D 59 refige-
 rantes B; restringentes C; marcorem] maiorem C 60 sompni-
 ferus A 60-61 etiam omnes dolores B 63 sunt] habet BC; ei]
 enim B 65 eius] enim A; duabus A; grossitudinem B 67 fecit
 D 70 *Post etc in textu add.* AC, *in marg.* D: nota quod (A *tantum*)
 antifarmatio (antifarmaticum C) dicitur unguentum vel medica-
 mentum aliquid contra infirmitatem factum unde dicitur ab anti
 quod est contra et farma atis vel farmatio quod est (*om.* CD) lingua
 sirorum (siriorum C) dicitur unguentum (signentum D) vel me-
 dicamentum

MANDIBULA 2 mansum su A 4-6 secundum . . . factum *om.* C

- 5 dorum in xi (1,45) Ethimologiarum, «Mandibule sunt maxillarum partes ex quibus et nomen est factum».

MANICA dicitur catena vel vinculum quo captivorum manus ligantur. Unde et in Psalmis (149,8) dicitur, «nobiles eorum in manicis ferreis», et Isaie xlv (14), «vincti manicis pergunt», Interlinearis «id est preceptis dei», sed falsi co-
 5 dices habent ibi vinctis manibus. Et dicitur manica quasi manum capiens. Unde Lucanus in iii f (565),

Ast alias maniceque ligant teretesque catene.

Item manica est illa pars tunice vel camisie que est ab humero usque ad manum.

MANICO, cas dicitur festinare, mane ire. Unde super illud Luce xxi g (38), «omnis populus manicabat ad eum» dicit glosa, «id est mane venire accelerabat». Venire autem, quod ponitur in quibusdam bibliis, non est de textu sed glosa est.

MANIPULUS dicitur tantum segetis quantum potest manus capere. Et dicitur sic quasi manum implens et est ethimologia. Item hic manipulus dicitur societas ducentorum militum quia antequam signa essent manipulos, id est fasciculos, stipule vel alicuius herbe sibi pro signis faciebant. In-
 5 venit etiam manipulus per sincopam. Unde Lucanus in vii (508-9),

Sparsa per extremos levis armatura maniplos
 Insequitur.

- 10 Item manipulus est ornamentum manus sacerdotis.

MANUBIE, manubiarum dicuntur excubie que per spatia noctis vigilant et dicuntur sic quia per manus, id est per

6 et *om.* D

MANICA 2 ligatur A; et *om.* BC; psalmo D; et nobiles B 7 teretesque] cereisque C 8-9 humero est usque C

MANICO 3 accesabat D 4 quibusdam] pluribus B; sed glosa est *om.* D

MANIPULUS 1 quantum scilicet B 2 dicitur *om.* D 5-6 invenitur . . . sincopam *om.* C 8 manipulos D 10 manipulus D; et sacerdotis D

catervas fiant. Manubie etiam «dicuntur spolia, scilicet exuvie, que a victis auferuntur vel extrahuntur». Ita dicit
 5 Huguicio (s. v. Munio). Papias autem dicit sic, manubie dicte eo «quod manibus detrahuntur» et exuvie «ab exuendo dicte» quia exuuntur.

MANUBRIUM dictum eo quod manu teneatur. Et est compositum a manu et bria, quod est mensura, quia ita commensuratur quod possit teneri in manu, sicut patet in cultello et securi.

MANUS «dicitur quasi munus eo quod sit totius corporis munus. Ipsa enim cibum ori ministrat. Ipsa operatur omnia atque dispensat. Per eam accipimus et damus . . . Unde dextra vocatur a dando, ipsa enim pignus pacis datur. Ipsa
 5 fidei testis atque salutis adhibetur . . . Sinistra autem vocata quasi sine dextra sive dicitur a sinendo eo quod rem fieri sinat». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,66-8).

«MANUS IN MANU» Proverbiorum xi (21), suple si fuerit, id est si ad horam cesset a mala operatione non erit innocens malus nisi cesset a mala voluntate et, si potest, faciat opera penitentiae. Vel manus in manu, suple secure ponatur, id est
 5 audacter potes promittere vel fidem dare quia non erit innocens malus.

MANUS IMPOSITIO «ideo fit ut per benedictionem advocatus invitetur spiritus sanctus. Tunc enim ille paraclitus spiritus post mundata et benedicta corpora libens a patre descendit». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vi (19,54).

MANUBIE 3 spolia] sponsalia AD 3-4 eximie AD 4 vinctis A; inferuntur C 6 eximie AD

MANUBRIUM 3-4 cutello CD

MANUS 2 enim om. D 2-3 omnia opera atque D

MANUS IN MANU 1 si] non B 3 mala autem B; potest] post C 4 suple] scilicet C

MANUS IMPOSITIO 1 manus in impositio C 1-2 advocatus] advocetur et C 3 mandata B; libens a patre om. D

MANNA nomen indeclinabile et neutri generis dicitur ille cibus qui descendit de celo filiis Israel. Et dicitur a manim, quod est bonum. Bonum enim erat manna quia «omne delectamentum in se habebat et omnis saporis suavitatem»,
 5 Sapientie xvii f (16,20). Vel dicitur a manhu, quod est adverbium admirantis apud Grecos vel Hebreos, quasi diceret quid est hoc, quid significat? Vel dicitur a mane quia primo mane inveniebatur. Hoc tamen non approbo, quod scilicet grecum vel hebreum dicatur descendere a latino vel hebreum
 10 a greco. Sic enim quod prius est a posteriori descenderet, quod esse non debet.

MARANATHA secundum Papiam interpretatur «dominus noster advenit» vel «domini adventus», et dicit quod sirum est. In prima autem ad Corinthios xvi g (22) super illud «sit anathema Maranatha» dicit glosa, «Sit anathema, id est
 5 separatus a deo vel condempnatus (*Interl.*). Maranatha, id est donec veniat dominus vel in adventu domini, maranatha enim interpretatur dominus venit et est compositum ex siro et greco magisque sirum est quam hebreum. Anathema autem grecum interpretatur condempnatus vel separatus»
 10 (*Marg.*).

MARE «dicitur aquarum generalis collectio», sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (14,1). «Omnis congregatio aquarum sive sint salse sive dulces abusive maria nuncupantur iuxta illud, 'Congregationesque aquarum ap-
 5 pellavit maria'. Et dicitur mare eo quod aque eius amare sint». In Grecismo (xii, 67-78) ponuntur isti versus differentiales,

MANNA 2 manin AB 5 mahu B, mannu C 7 quid significat *om.* C
In marg. fol. 97^v add. D: mantex id est de scorto natus et declinatur
 hic mantex eris

MARANATHA 3 g *om.* C 8 magisque] quia magis B 8-9 autem] enim
 B 9 grecum est AB

MARE 3 sint dulces B, dulces sint C; nuncupatur C 4 appellavitque
 C 6 sunt ABD; unde in B; ponuntur] dicuntur B

- Est mare sive salum pelagus, quoniam sit amarum,
 A pello pelagus quia pellit litora fluctus,
 10 Equor ab equando quia nil turbatur in illo,
 Ponte caret pontus, quod citus oceanus.
 Dicitur hinc altum quia vix tanges ibi fundum,
 Dicitur inde fretum quod super omne fremit.
 Dic Amphitritem quia terram circuit omnem,
 15 Vel sic dicatur quia sic diversificatur:
 Cum sine turbine sit tunc dicitur equor ab equo,
 Cum fremit a fremitu se probat esse fretum.
 Cum penitus lateat pelagus, mare cum sit amarum,
 Ponte carens pontus nomen habere potest.

MARIS RUBRI «non est aqua rubea, sed omnis terra circumstans rubea est, ex qua vitiatur gurgēs et inficitur. Unde minium acutissimum decerpitur. Quicquid etiam ad esum in fluctibus est in hunc colorem cadit. Ob hoc ibidem gemme
 5 rubre inveniuntur quae, humo involute et inter arenas attrite, terre colorem habent et maris . . . Ubi nos dicimus rubrum hebreus habet cannosum eo quod canne in litoribus abundant». Ita dicitur in Historiis (1157) super Exodi xiiii (3).

MARE MORTUUM «vocatū propter quod nichil gignit vivum, nichil recipit ex genere viventium. Nam neque pisces habet neque assuetas aquis et letas mergendi usu patitur aves, sed et quaecumque viventia mergenda temptaveris,
 5 quacumque arte dimersa, statim resiliunt et quamvis vehementer illisa statim excutiuntur; sed neque ventis movetur, resistente turbinibus bitumine, quo omnis aqua stagnatur, neque navigationis patiens est quia omnia vita carentia in

10 in] ab AD; *post illo add.* AD: vel in (*om.* D) ipso 11 caret] carens B 12 vix tangens C 14 quia] quod B 16 sit] fit B 17 dum A 18 lateat pelagus *iteravit* D 19 *Post potest add. in textu A, in marg.* D: oceanus dicitur ab ogis (*egis* D) grece quod est velox latine

MARIS RUBRI 1 mare rubrum D; rubri] rubei A 1-2 circumstans omnis rubea A 3 minium gallice vermillons acutissimum B 4 cadit] transit B, vadit D 5 rubea AD; quae] etiam in D; involente C 6 dicimus *om.* C 8 xiii CD

MARE MORTUUM 1 propter id quod B 2 nichil] nichilque B; neque] nec C 3 neque] nec C; usum B 6 illita AD

profundum merguntur, nec materiam ullam sustinet nisi
 10 que bitumine illustrantur. Dicunt accensam candelam supernatare, extinctam vero lumine demergi. Hoc et mare salinarum vocatur et mare mortuum vel asfalti, id est bituminis. Et est in Iudea inter Iericho et Zoaram». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xiii (19,3-4).

MARE TIBERIADIS idem est quod lacus Tiberiadis. Vide supra ubi exponitur lacus Tiberiadis.

MARGARITA «prima est candidarum gemmarum. Et dicitur a mari quia in conchulis maris invenitur, inest enim in carne coclee calculus natus, sicut in cerebro piscis lapillus; gignitur autem de celesti rore quem certo tempore coclee hauriunt. Ex quibus margaritis quedam uniones vocantur,
 5 aptum nomen habentes quia tantum unus, numquam duo vel plures simul reperiantur. Meliores autem candide margarite quam que flavescunt. Illas enim aut iuventus aut matutini roris conceptio reddit candidas, has senectus vel
 10 vespertinus aer gignit obscuras». Verba sunt Ysidori Ethimologiarum xvi (10,1).

MARGO est extrema pars cuiuslibet rei vel loci, ut puta maris, unde et nomen accepit. Et est generis communis. Unde dicit Priscianus (vi,16), «Margo, marginis tam masculini quam feminini generis invenitur». Statius in iii (iii, 407)
 5 Thebaidos,

Solverat hesperii devexo margine ponti.

Iuvenalis in i (5),

at summi plena iam margine libri.

Dicitur ergo margo quasi mare girans, id est litus maris, vel

9 profundum eius B; ullam] aliam B 11 supernatare et extincto
 statim lumine dimergi B 12 vocatur] dicitur B; affarti D
 MARE TIBERIADIS 2 lacus *om.* C; tybiadus D
 MARGARITA 2 inest] et est D 4 quem] que cum A 7 autem sunt can-
 dide B 8 flave sunt C 9 candidas reddit has vero senectus B
 MARGO 2 dubii generis vel communis B 6 magine D; pomi AD

10 quasi mare gerens vel regens vel angens quia proprie maris est. Tamen dicitur in versu differentiali (*Grec.* XII, 311),

Fontis margo, maris litus, sed ripa fluentis.

Fluentis id est fluvii.

MARITIMA dicuntur loca mari vicina sic dicta quasi maris intima. Et declinatur maritimus, maritima, mum.

MARITUS a mare dicitur quasi mas. Est enim mas nomen prime impositionis quod facit in diminutione masculus, in derivatione maritus.

MARSUPIUM «sacculus est nummorum quem Greci marsippa appellant. Quedam enim greca nomina in latinum paulo inflectuntur propter romanum eloquium». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (9,5).

MARTIR grece, testis latine. «Testes autem dicuntur martires quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt. Unde martirium est testimonium». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum vii (11,1). Et est martir communis generis.

MASSA plura significat, sed tantum pro pondere invenitur in biblia. Tangit autem Huguicio diversas significationes huius nominis dicens, «massa dicitur villa vel casale. Vel massa apud Hebreos grave pondus dicitur et proprie metalli
5 alicuius. Unde hic massarius dicitur ille cui commissa est cura totius familie».

10 vel regens *om.* C

MARITUS 1 mas *om.* D; nomen *om.* C

MARSUPIUM 1 nummorum C 1-2 marsuppa B 2 appellant] dicunt C

MARTIR 3 est] id est BC

In marg. fol. 98^v add. D: a mas maris hec marisca ce proprie est vesica que circa podicem marium ex nimio frictu et usu agendi opus sodomitum solet eructuare unde iuvenalis sed podice levi / scinduntur tumide modico ridente marisce dicitur tamen quandoque marisca quelibet vesica que ex assiduo carnis frictu nascitur

MASSA 4 grave *om.* C 5 missarius A; cui commissa] cuius missa A 6 totius] alicuius B

MASSA PALATARUM dicitur pondus ficuum vel magnum onus. Ficus enim inter palas compresse palate dicuntur. Unde Magister in Historiis (1337) super ii Regum xvi a (1) exponit «massas palatarum», «id est ficuum que inter 5 tabulas quas palas dicimus presse compinguntur».

MATER dicitur a matros greco. Unde hec matrona. «Matrona autem dicitur que iam nupsit. Et dicta matrona quasi mater nati vel quia iam mater fieri potest. Unde et matrimonium dictum est. Distinguitur autem inter matronam et ma- 5 trem et matremfamilias. Nam matrone dicuntur quia iam in matrimonium convenerunt, matres quia genuerunt, matresfamilias quia secundum quandam iuris sollempnitatem in familiam mariti transierunt». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum ix (7,13).

MATERFAMILIAS ita vocatur «quia per quandam iuris sollempnitatem in familiam transit mariti. Tabule enim matrimoniales instrumenta emptionis sue sunt. Alias, sicut matrona est mater primi pueri, id est quasi mater nati, ita ma- 5 terfamilias illa est que plures enixa est. Nam familia ex duobus esse incipit». (*Isid. Etym.* ix, 5,8). Et nota quod dicit Priscianus in maiori volumine in principio vi libri (6) sic, «Prime declinationis femininorum genitivum etiam in as more greco solebant antiquissimi terminari. Unde adhuc 10 paterfamilias et materfamilias pro familie solemus dicere» etc. Et sequitur ibidem, «Dicitur tamen et paterfamilie et familiarum et familiis». Item in tractatu de figura nominis postquam exemplificaverat Priscianus quod inveniuntur

MATER 1 matros greco] mitir grece B 2 dicta] dicitur A 4 distinguit ABC, distinguunt D; autem] enim C 5-6 in matrimonium] matrimonio B 6 et matres D 7 secundum] per B

MATERFAMILIAS 1 ita om. B 4 est *primum*] cum D; mater sive primi AB 5 familias C 6 *In marg. iuxta ultima verba Isid. ponit D hos versus: neutraque femineis tamquam concepta videbis / per vim sunt leges et plebi sata coacte* 8 as] lias B 10 familie] patre et matre familie C 11 et *alterum om.* B 12 et *om.* BD

- composita per omnes casus adiecit (v, 66) quod «singularia
 15 cum pluralibus componuntur, ut orbisterre orbisterrarum,
 paterfamilias et paterfamiliarum» etc. Ex hiis patet quod fa-
 milias et familiarum in predictis compositis latina sunt, licet
 greco more terminentur, ut dictum est, et ista terminatio mo-
 vit quosdam ad acuendum ultimam sillabam in nominibus
 20 supradictis. Usus tamen plurium contradicit tam propter
 euphoniā, quia sonant melius si graventur, quam propter
 hoc quod si terras pro terre, escas pro esce, monetas pro
 monete, familias pro familie et cetera huiusmodi ab antiquis
 posita acuto in fine proferentur accentu iam cacemphatos
 25 fieret et iam non latina nomina sed potius greca vel barbara
 plurimis viderentur, cum tamen latina sint, sicut prius osten-
 sum est, nec greca possunt fieri, cum latinum oriatur ex
 greco et non econverso.

Hos sequor, hos imitor, primis pro posse renitor.

- MATERIA «quasi mater rei» dicitur «illud ex quo fit aliquid»,
 «et hec materies», materiei idem. Dicit tamen Hugutio
 (s. v. Matros) quod «materia est in vocibus» et sentiētiis,
 «materies in aliis rebus». «Materia invisā», id est invisibilis,
 5 dicitur xi (18) Sapientie quia chaos erat.

MATERTERA dicitur soror matris quasi mater altera. Unde
 versus,

Sic patris est amita soror ut matertera matris.

MATURUS «quasi mandurus dicitur ad mandendum aptus»
 a mando, mandis. Unde maturo, «maturas, maturavi, id est

15 orbisterre om. D 16 et om. C 17 et om. B 19 acuendam AD
 20 tam] tamen O 21 melius tamen si AC; quam] tamen ACD,
 tum B 23 ab antiquis] antiquitus C 24 posito B; finem B; ca-
 cemphatio A, cacephatio C 25 fieret om. CD; nomina om. B; vel]
 aut B 27 possunt] possibile C 28 econverso versus D 29 pro
 posse] prodesse C; renitor] remittor D
 MATERIA 1 illud scilicet B 3 scientiis BC 4 invisā om. D; id est] et C
 5 quia] quod C
 MATERTERA 3 Cf. *Grec.* x, 68; ut] est B
 MATURUS 2 maturavi, rare A

maturum facere». Et ponitur pro accelerare, et inde «matureo, es, rui, id est esse vel fieri maturum». Ita dicit Hugutio
 5 (s. v. Mando). Et inde maturesco, cis inchoativum. Unde miror de quibusdam qui dicunt Ioel iii e (13) «maturavit messis» pro maturuit et similiter Apocalipsis xiii g (15), ubi vera littera est aruit vel maturuit. Unde in Alexandreide (*Gualteri de Castellione*, II, 596, *PL* 209,475) scribitur,

10 Non est digna legi que non maturuit arbor.

Et Ovidius Methamorphoseon iiii (165),

Nam color in pomo est, ubi permaturuit ater.

Idem xi b (191),

Cepit et, ut primum pleno maturuit anno.

MAUSOLEUM dicitur sumptuosum monumentum a Mausoleo rege sic dictum. Unde Ysidorus Ethimologiarum xv (11,3), «Mausolea sunt sepulchra seu monumenta regum a Mausoleo rege Egyptiorum dicta. Nam eo defuncto uxor
 5 eius mire magnitudinis et pulchritudinis extruxit sepulchrum in tantum ut usque hodie omnia monumenta pretiosa ex nomine eius mausolea nuncupentur». Et producit mausoleum ubique hanc sillabam le. Unde Lucanus in viii f (696-8),

10 Cum Ptolomeorum manes serieque pudenda
 Pyramides claudant indignaque Mausolea,
 Litora Pompeium feriunt.

Item alii versus,

15 Qui mausoleum pronuntiat et canopeum
 Aut theloneum non reor esse reum.

MAXILLA «diminutivum est a mala, sicut paxillus a palo et taxillus a talo». (*Isid. Etym.* XI, 1,45). Dicit autem Ysidorus

3 et inde] unde C 6 maturavit] maturit C 7 maturuit] maturit C
 8 alexandride C 10 maturit C 14 et om. C
 MAUSOLEUM 1-2 mausoleo AB 4 egyptorum D 12 littera B 14 et]
 aut CD

Ethimologiarum xi (1,44), «Male sunt eminentes sub oculis partes ad protectionem eorum supposite . . . sive quod infra 5 oculos prominent in rotunditate quam Greci mala appellant sive quod sint supra maxillas». Ponitur tamen mala pro maxilla, sicut supra dictum est.

MEATUS dicitur transitus. Item conductus per quem aliquid transit meatus dicitur. Et derivatur a meo, as, quod est transire, manare, decurrere, fluere.

MECHARI, id est adulterari, verbum deponens est. Largius autem accipitur. Unde omnis cogitatio carnalis que subtrahit mentem, adeo et omnis libidinosa concupiscentia et omnis adulterina actio et omnis illicita cupiditas potest dici 5 mechatio. Unde mechus adulter et mecha adultera et mechus, cha, chum, id est adulter, tera, terem et hec mecha, id est adulterium.

MEDIUS dicitur «internuntius pacificator et auctor concordie». Ita dicit Papias. Et dicitur medio, as, unde et mediator dicitur.

MEDULLA dicitur illud molle quod est in concavitate ossis interius. Item medulla large accipitur pro intimis lignorum, pro adipe frugum et huiusmodi. Unde dicitur medulla cedri et medulla tritici. Et dicitur medulla a medius, media, me-

MAXILLA 3 xi] x D 5 rotunditatem A; quam] que A, vel B; Greci om. B 6 mala] mela A

MECHARI 2 autem] enim B 6 id est] et C; hec om. B; mechia B

MEDIUS 1 paciscator A 2 unde et] id est C

In marg. fol. 99 add. D: mediusfidius dicitur hercules id est semideus quasi medius filius quidam dicunt iovis nam antiqui d pro l ponunt vel dicitur quasi filius dios nam iovis grece dios id est clarus dicitur hoc invenitur in papia mediusfidius adverbium iurandi id est per mercurium qui mediator est et fidus interpret deorum et hominum et componitur a medius et fidus vel mediusfidius dicitur componi a medius et fides quasi mediante fide hec inveniuntur in derivationibus huguionis in medius a um

MEDULLA 3 unde] item C; dicitur om. B 4 et primum . . . medulla alterum om. D

- 5 dium eo quod sit in medio latens. Ysidorus autem Ethimologiarum xi (1,87) dicit quod «medulle appellate sunt eo quod madefaciunt ossa; irrigant enim et confortant».

MEL «grece appellationis est, quod ab apibus nomen habere probatur, nam apis grece mellesse dicitur». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (2,36).

- MEL SILVESTRE secundum Ieronimum (*Comm. in Math., PL. 26,24*) dicebatur mel in silva repertum. Et hec sunt verba eius, «habitatori solitudinis congruum est ut non delicias ciborum sed carnis humane necessitatem expleat»,
 5 non querens dapes ex nutrimento pecudum nec ex sollicita custodia alvearium, sed tenui victu contentus ex minutis volatilibus et ex melle invento in truncis arborum. Cui videtur concordare Ysidorus Ethimologiarum xx (2,36) dicens, «Antea mella de rore erant inveniebanturque in arundinum fo-
 10 liis. Unde et Virgilius,

Hactenus aerii mellis celestia dona.

- Siquidem hucusque in India et Arabia colligatum reperitur ramis inherens in similitudinem salis». Arnulphus autem, quidam expositor, dicit quod in deserto Iudee sunt arbores,
 15 folia lata et rotunda, lactei coloris, et mellitum saporem habentes, que natura fragilia manibus confricantur et eduntur, et hoc est mel silvestre.

MELCHON, quod sonat rex eorum, idolum est Amonitarum.

MEL 2 mellesse] melescere mellesse A, mel latine dicitur vel apis grece mel esse dicitur B 3 xi D

MEL SILVESTRE 3 eius om. D 5 nec] non C 7 Post arborum add. in textu A, post silvestre (v. 17) C, in marg. D: hoc alveare huius alvearis et hoc alvearium rii dicitur vas in quo apes mellificant et (om. C) morantur (om. C) et dicitur ab alveo quia concavum est ad modum alvei alveum (alveus CD) autem dicitur ab aluendo (abluendo D) 7 cui] qui C 10 et om. D 11 aerei C 12 hucusque om. C 13 similitudine C 14 Iudea D 16 eduntur C

MELCHON mechon A; post Amonitarum add. in textu BC: de quo dicit glosa super illum textum ii (om. C) regum xii tulit diadema de ca-

MELODIA dicitur dulcis cantus, suavis modulatio. Et est compositum a melos, quod est dulce, et odos, quod est cantus; quod autem dicitur melodia quasi mellea oda ethimologia est. Et nota quod invenitur hoc melos indeclinabile, id est dulcis cantus et dulcis modulatio. Unde melodia in eodem sensu. Item invenitur hoc melos, melodis idem.

MELOTA est vestis de pilis camelorum vel melius «animal est quod et taxus dicitur, cuius pellis dicitur melota» que est valde hispida. Ita dicit glosa Hebreorum xi (37). Huguicio (s. v. Mellesse) dicit quod «hic melus, meli et hic melo, melonis vel melota, te dicitur quoddam animal, scilicet taxus». Et dicitur sic quia favos appetat et assidue mella captet. Et a melo dicitur «hec melotes, huius tis et hec melota, te quedam vestis de pilis vel de pelle illius animalis facta, a collo pendens usque ad lumbos, qua monachi utuntur». Istud sumitur de Papia. Ysidorus autem Ethimologiarum xix (24, 19) sic ait, «Melota, que et pera vocatur, pellis est caprina a collo pendens, precincta usque ad lumbos, est enim habitus proprie necessarius ad operis exercitium. Fiebat autem prius, ut quidam existimant, de pellibus melonum, unde et melotes vocata est».

MELLO «erat precipitium et quasi quedam profunda vorago vallis et postea ipsa civitas vocata est Mello». Ita dicitur in Historiis (1329). Andreas vero, quidam expositor, dicit super illum textum iii Regum xi e (27) «Salomon edificavit Mello et coequavit voraginem civitatis», idem est voraginem coequare et mello edificare. Precedentis enim expositio est

pite regis eorum (diadema regis eorum C) etc non est proprium nomen melchon sed interpretatur rex eorum

MELODIA 1 medulatio B 2 quod *primum*] quasi C 6 hoc *om.* C; huius melodis C

MELOTA 2 dicitur *primum*] est C 7 et *primum*] vel C; huius tis] melotis B; huius *om.* CD; et hec *om.* C 8 huius te A 11 melota] melotes B 13 habitus proprie *om.* D

MELLO 2 dicitur] dicit magister B 4 iii *om.* C 5-6 voraginem civitatis idem voraginem coequare D

quod supponitur, et pro eodem accipi debet. Mons Sion, in quo arx erat, civitas David dicebatur. Inter montem et civitatem erat vasta quedam profunditas et vorago, Mello
10 nomine. Hanc repleti et reliquo solo coequare constituit Salomon.

MEMINI, meministi, meminit verbum est defectivum. Versus (*Doctr.* 983-4),

Bis duo sunt: odi, novi, cepi, meminique
Que retinent sensum presentis preteritique.

MEMBRANA dicitur «pergamenum, sic dicta quia de membris animalium detrahitur, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum vi (11,1). Unde Persius (3,10-11),

Iam liber et bicolor positis membrana capillis
5 Inque manus carte nodosaque venit harundo.

Item membrana dicitur pellis tenuissima, sicut est in alis vespertilionis. Unde Ovidius *Methamorphoseon* iii c (407-8),

Dumque petunt tenebras, parvos membrana per artus,
Porrigitur.

10 In ii ad Timotheum ultimo (4,13) accipitur pro pergamenom. Unde glosa «'maxime autem membranas' ut scribam epistulas meas».

MENDICUS, ca, cum dicitur quasi manu dicens quia pauperes solent ad divites manum extendere sine voce, et sic nutu signisque loquuntur, et suam indicant necessitatem. Unde mendico, cas, quod proprie pauperum est cum petunt
5 sibi subveniri. Ysidorus autem in x (175) Ethimologiarum dicit sic, «Mendicus dictus quia minus habet unde degat,

7 quod supponitur] quasi suppositio B; et est pro AD; eodem] id AD, id est C 8 arx *om.* B; David] domini B 9 vasta *om.* B 10 nomine et hanc C; coequari B

MEMBRANA 1 pergamenum B 2 dicitur ACD 9 porrigitur] porri igitur A, porrigus D 10 Timotheum] eth C; pargameno B 11 autem] ante AB

MENDICUS 1 dicitur *om.* B 4 proprium B 5 in *om.* C 6 quia] quod CD; degat] desgat D

id est vivat vel quia mos erat apud antiquos os claudere egenum et manum extendere quasi manu dicere». Grecismus ponit tales versus differentiales (XIII, 157-9),

- 10 Nullius possessor inops homo dicitur esse,
 Pauper cui possessorum non sufficit usus,
 At mendicus is est qui voce manu quasi querit.

Item a mendicus hec mendicitas, id est paupertas, indigentia.

MENIA sunt muri civitatis, dicta ab eo quod muniant civitatem quasi munimenta. Et tantum declinatur in plurali: menia, menium, menibus.

- MENIANUM dicitur solarium. Unde Papias, meniana sunt solaria de cenaculorum parietibus eminentia, dicta a quodam puero nomine Meniano qui ea primus invenit. Item Ysidorus Ethimologiarum xv (3,11), «Menianus, collega
 5 Crassi, in foro proiecit materias, ut essent loca in quibus expectantes insisterent, que ex nomine eius meniana appellata sunt. Hec et solaria quia patent soli». Item ii Esdre f (III Es. 6, 24-5) dicitur quod «precepit Cyrus Rex edificare domum domini», et sequitur ibi «quadratum lapidibus po-
 10 litis tribus et meniano ligno eiusdem regionis et meniano uno novo». Per predicta apparet falsitas illius versiculi, cuius auctor hic tacetur, scilicet

memana sic monstrat, est barbarus helchana currus

- m posuit pro ni, nesciens quid diceret. Vide versus supra
 15 ubi exponitur aphedno. Menianum ubique producit tertiam sillabam.

MENSA, mense proprie pauperum est, et dicitur a mene,

7 mos] mox D; os *om.* B 8 egenis C 10 nullus A 12 medicus C
 MENIA 1 muniunt C 2 munita D
 MENIANUM 3 qui] quia C; primus] prius primus A, prius B 6-7 ap-
 pellata sunt] dicuntur B 7 solaria dicuntur C; quia] ut A 9 qua-
 dratis D; 10 et *primum*] et et AB; uno *om.* D 11 illius] istius C
 13 curtus BC 14 pro ni] pro n AD 15 menianum D

quod est defectus. Multa enim solent ibi deficere, «sed tabula divitum est quasi tenacula quia tenet multa. Vel mensa dicitur quasi mensurata quia mensuratim ibi res ministrantur». Ita dicit Hugutio (*s. v. Mene*). Unde hic et hec mensalis et hoc mensale, id est ad mensam pertinens, et hoc mensale, id est mantile, . . . et hoc mensorium dicitur» quod est in mensa, ut est mantile et vas escarum.

MENSIS, ut ait Ysidorus v (33,1), «Grecum nomen est, de lune nomine tractum. Luna enim mene greco sermone vocatur; unde et apud Hebreos non ex solis circulo sed ex lune cursu menses enumerantur, quod est de nova luna ad novam».

MENSIS NOVORUM dicitur Martius quia anni initium hic mensis est apud Hebreos. A mense dicitur mensurnus, natus et menstruus, trua, truum in eodem sensu, scilicet ad mensem pertinens et hoc menstruum de quo dicitur infra.

MENSOR, oris, id est mensurator, dicitur a metior, tiris, mensum sum, metiri, quod est mensurare. Et inde mensus, salsum, quod quandoque in passiva significatione invenitur. Unde hec mensura. «Est autem mensura res aliqua modo suo vel tempore circumscripta; hec autem aut corporis est aut temporis. Corporis est ut hominum, lignorum et columpnarum longitudo et brevitates, . . . temporis ut mensura annorum, horarum et dierum. Unde et metiri pedes horarum dicimus, hoc est mensurare. Proprie autem mensura vocata quod ea fruges mensurantur atque frumentum, id est humida et sicca». Ita dicit Ysidorus in xvi (26,1-2) Ethimologiarum ubi loquitur de mensuris.

MENSA 7 dicitur *om.* C 8 vas escarum vas escarium A, vas escarium C
MENSIS 1 ysidorus *eth v B*; est nomen est de A 2 enim *om.* D 4-5

novam] aliam B, lunam C

MENSIS NOVORUM 4 dicitur AD

MENSOR 4 unde hec mensura *om.* C 5 est *om.* D 8 annorum et horarum C 9 est *om.* D 11 in *om.* B

MENSTRUUM, menstrui a mense dicitur, scilicet superfluous mulierum sanguis. De quo dicit Ysidorus in xi (1,140-1) Ethimologiarum, «Menstrua sunt supervacua mulierum sanguinis. Dicta autem menstrua a circuitu lunaris luminis
 5 quo solet hoc evenire profluvium, luna enim grece mene dicitur. Hec et muliebria nuncupantur, nam mulier solum animal menstruale est. Cuius cruoris contactu fruges non germinant, acescunt musta, moriuntur herbe, amittunt arbores fetus, ferrum rubigo corripit, nigrescunt era. Si qui ca-
 10 nes inde ederint, in rabiem efferuntur. Glutinum asfalti, quod nec ferro nec aquis dissolvitur, cruore ipso pollutum sponte dispergitur». Item a menstroo menstruus, a, um, id est mensurnus vel ad menstruum pertinens. Vide infra ubi exponitur muliebria.

MENTA herba est odorifera de qua dicit Macer De viribus herbarum (1569-84),

	Vim calidam siccamque gradu fert menta secundo.	1569
	Illius potu vis digestiva iuvatur,	
5	Confortat stomachum, vomitumque detinet hausta,	
	Lumbricosque modo depellere fertur eodem.	1572
	Caseolos succus putrescere non sinit eius	1583
	Admixtus vel si viridis superadditur herba.	1584
	Concretum solvit lac mammis addita trita,	1575
10	Instillata fugat auris cum melle dolorem,	1576
	Haustaque cum sapa partum solet accelerare,	1578
	Trita canis morsum superaddita cum sale curat.	1579

MENTEM et rationem ita veteres distinxerunt. «Mens est anime pars prestantior a qua procedit intelligentia; ratio

MENSTRUUM 1 scilicet *om.* C 2 in *om.* BC 3 supervacua] superfluous C 3-4 sanguis AC 4 autem *om.* D 5 profluum AD 7 menstruosus C; cruoris] corporis C 8 arescunt C 9 fetus] *iteravit* A, fructum B; corrumpit C 11 aquis] aliquis D 12 sponte *om.* C 13 id est *om.* B 14 exponuntur BD

MENTA 5 vomitum quo B; hasta B 6 lumbricosque D; depellere] depellitur B 7 eius] huius B 9 trita] circa D 12 *Post curat add. in textu* AC, *in marg.* D: sapa est dulce acetum sic dicta quasi (quia C) saporis parum habens

MENTEM 2 intelligentia a qua ratio B

autem motus quidam animi visum mentis acuens veraque a falsis distinguens». Ita scribitur in Papia. Vide supra ubi
5 exponitur anima.

MENTUM quasi motum dicitur a moveo, es vel secundum Ysidorum Ethimologiarum x (XI, 1,57) dicitur a mandibula eo «quod mandibule inde oriantur vel quod ibi iungantur».

MERCATUM, ti et hic mercatus, tus, tui dicitur locus in quo emitur et venditur. Item mercatus dicitur cetus mercantium. Et dicitur a mercor, caris, quod est emere vel vendere vel nundinare.

MERCENARIUS est qui servit pro accepta mercede, conductus pro pretio. Et secundum Huguitionem (*s. v.* Mereo) debet scribi «per unum n quia derivatur a mercede et d mutatur ibi in simplex n.» Alii dicunt quod d mutatur ibi
5 in duo n, frequenter enim mutatur in duas consonantes, ut cedo cessi, fodio fossus, sedeo sedi sessum, sedes sella, etc.

MERCES, mercedis dicitur premium vel pretium et dicitur a mereor, mereris, meritus sum vel merui, mereri, quod est merito acquirere vel lucrari.

MERX, mercis dicitur ipsa res que venditur et dicitur a mereor, mereris. Item a merx hoc mercimonium idem quod merx. Et componitur commercium, id est de pluribus rebus una venditio vel diversarum rerum commutatio. Unde di-
5 citur commercium quasi commutatio mercium. Unde in incarnatione Christi fuit mirabile commercium quando homo concessit deo humanitatem et deus concessit homini divinitatem. Descendit divinitas, ascendit humanitas, etc. Iste nominativus merx non est multum in usu.

3 animi *om.* C; acuens] amans B 4 dividens vel distinguens B
MERCATUM 2 venit C

MERCENARIUS 3 quia] quod AD; mercedo A, mercedis BC

MERX 1 mers B; ipsa] illa A 2 hoc nomen mercimonium C 3 merx]
mers B; de] ex D 6 fuit] sive A 8-9 iste . . . usu *om.* B

MERCURIUS deus est mercatorum sic dictus quasi mercatorum kirios, id est dominus ad litteram. Mercurius nepos Atlantis, multarum artium peritus claruit, quas et homines docuit. Unde post mortem deum esse voluerunt. «Ideo autem Mercurius quasi medius currens dicitur appellatus quod sermo currat inter homines medius. Mercurius enim sermo vel eloquentia interpretatur». Mercatori enim necessaria est affabilitas. «Ideo dicitur Hermes grece, quod sermo vel interpretatio, que ad sermonem utique pertinet, hermenia dicitur. Ideo et mercibus fingitur preesse quia inter ementes et vendentes sermo sit medius. Qui ideo fingitur habere pennas quia citius verba discurrunt . . . Nuntius dicitur quoniam per sermonem omnia excogitata enuntiantur. Ideo autem furti magister dicitur quia sermo animos audientium fallit. Virgam tenet qua serpentes, id est venena, dividit quia bellantes ac dissidentes interpretum oratione sedantur». Hec et multa alia invenies in viii libro (11,45-8) Ysidi Ethimologiarum. Papias dicit quod Mercurius est «congeries lapidum in cacumine collium».

MERE0, meres dicitur «flere, dolere, sed merere proprie est cum silentio dolere. Et», sicut dicit Hugutio, mereo «caret preterito et supletione preteriti et supini». Dicitur tamen in Doctrinali (1031),

5 Dat mereor merui, mestus sum mereo flenti.

Unde hic meror et mestus, ta, tum, id est naturaliter tristis, non casu. Idem et merens vel merens animo, tristis aspectu. Unde hec mestitia. Et est proprie mestitia cordis, tristitia vultus. Vide versus supra positos ubi exponitur lugeo, luges.

MERCURIUS 1 est] dicitur C; quasi] quia B 1-2 mercatorum om. D 3 atlantis fuit multarum C; peritus in quibus C 4 post eius B 5 quod] quia D 7 mercatoribus B; enim] autem C 8 quod est sermo C 9 sermonum C; hermenia] hec menia D 15 qua] quam AD, quia B 19 cacumen A
MERE0 2 cum] sub C 8 cordis et C

MERETRIX a merendo, id est promerendo stipendia libidinis, appellata est. Vel est nomen compositum a merces et tero, teris quia pro mercede teritur, vel a merendo et tero, teris quia merendo teritur.

MERGUS, mergi a mergendo dicitur avis quedam que mergendo se cibum querit. Unde hic mergulus diminutivum. Et est equivocum ad ferrum, quod mergitur in lampade ad tenendum papirum, et ad avem.

MERIDIES dicitur quasi medius dies; quod autem dicitur meridies quasi mera dies ethimologia est. Unde meridianus, na, num et meridior, meridiaris, id est in meridie quiescere.

MERUM dicitur vinum bonum et purum et a fece separatum. Unde dicitur a meris, quod est divisio, quasi divisum a fece. Unde merus, ra, rum, id est purus et preclarus. Et hic

MERETRIX 2 est *primum om.* A 3 merendo] mero B, mereo B *marg.*
In marg. fol. 101 add. D: meretrix meritoria meraria dyabolaris putida
 ganea hoc scortum lena alicaria hec omnia sunt eiusdem significatio-
 nis meretrix componitur a merces et tero teris quia merendo teritur
 vel a merces et trico cas quasi pro mercede hominem tricans id est
 impediens vel simpliciter derivatur a meror quia mereatur pretium
 libidinis meritoria dicitur a meror meraria a merendo vel a mero
 id est vino dyabolaris dicitur a dis quod est duo et obolus quasi
 duobus obolis empti potest quidem sepe haberi pro duobus obo-
 lis nonaria dicitur quia ante nonam non licebat ei exire de prosti-
 bulo consuetudo olim erat apud romanos ut usque ad horam
 nonam de commodo rei publice disputarent neque liceret alicui
 delectationi ante nonam vacare unde meretrices dicte sunt nonarie
 quia ad horam nonam et non ante de prostibulo exibant ne si prius
 egrederentur iuvenes impedirent putida a puteo tes quia putei id
 est fetet ganea proprie loquendo dicitur lecacitas meretrix cum
 dicitur ganea ad maiorem expressionem faciendam scortum dicitur
 a scorte quod est dulce quia meretrix dulcis est scortatoribus le-
 na derivatur ab hoc nomine leno lenonis est autem leno lecatore vel
 consiliatore stupri et dicitur a lenio lenis alicaria est meretrix que
 gratia questus curiam sequitur ut ibi alatur

MERGUS 2 se *om.* B

MERIDIES 1 dicitur *primum om.* D 2 est *om.* D 3 in *om.* D

MERUM 3 purus a um AD

et hec et hoc merax, meracis, id est purus et preclarus et
5 defecatus. Et comparatur meracior, meracissimus.

MESSIAS hebraice, grece christus, latine dicitur unctus.

MESSIS dicitur seges, sed proprie seges a serendo dicitur,
messis vero dum matura est. Et dicitur a meto, tis, quod est
secare et proprie segetes colligere. Unde hic messor et hec
messio. Item messis dicitur tempus vel actus metendi. Unde
5 in xxx (14) Genesis habetur de «tempore messis triticee».
Et dicitur in Historiis (1116) quod «tres erant collectiones
que messis dicuntur: messis pomorum que prima, messis
triticea que secunda, messis vindemiarum que tertia».

METALLUM «dicitur a metallo, quod est spes, quia eius
natura est ut ubi una vena apparuerit ibi spes sit alterius
inquirende. Septem autem sunt genera metallorum: aurum,
argentum, es, electrum, stagnum, plumbum et, quod domat
5 omnia, ferrum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xvi (17).
In Doctrinali (395-6) ponuntur hii versus,

Pluralem numerum retinet es atque metallum;
Raro per reliqua dabitur plurale metalla.

META, mete dicitur circuitus vel alicuius rei finis vel ter-
minus. Et dicitur a metior, tiris, mensus sum, vel metitus
sum, secundum Huguitionem, metiri, quod est mensurare,
et invenitur quandoque in passiva significatione. Amos vii
5 g (17) «humus tua funiculo metietur». Item a meta dicitur
metor, taris idem quod metiri. Sed «metari proprie terre
convenit, metiri aliis rebus», sicut dicit Huguizio (*s. v.*
Metior). Item metari dicitur «terminare, terminum ponere,

4 et hoc *om. C*; et *tertium om. C* 5 merax meracior C
MESSIAS dicitur *om. B*
MESSIS 2 vero *om. C* 3 et proprie segetes *om. D* 5 in *om. B* 7 messis
alterum *om. D* 8 que *primum om. B*; que *alterum om. B*; tertias D
METALLUM 1 metallo] metallon B, metallo greco C 3 inquirendo A;
scilicet aurum A; aurum] arum D 4 stannum AB 6 doctrinali
autem B 7 retinent BD
META 3 idem est quod mensurare C

metam constituere et locare». Proprie autem metari est «divi-
 10 dere castra et assignare loca militibus in castris et ponere
 castra vel mutare. Et tunc derivatur a muto vel a moveo . . .
 Et componitur castrametor, castrametaris, id est dividere vel
 ponere vel mutare castra». Et tunc castrametari legitur sub
 uno accentu, quando autem dicitur castra metari, due dictio-
 15 nes sunt sub duobus accentibus.

METO, metis, messui, metere dicitur secare. Proprie autem
 dicitur messes colligere. Nota versum differentialem,

Falce puto, vineta meto, sata tondeo prata.

METRETA est mensura liquidorum et dicitur a metron grece,
 quod est mensura latine. Et hoc metrum idem quod metretra
 et pertinet ad omnem mensuram, sicut dicit Ysidorus Ethim-
 ologiarum xvi (26,9), nam metron grece, latine mensura
 5 dicitur. Unde hec metropolis dicitur civitas ad cuius men-
 suram alie civitates disponuntur, scilicet ubi est archiepi-
 scopatus. Et componitur a metros, quod est mensura, et
 polis, quod est civitas. Vel dicitur metropolis quasi matro-
 polis a matros, quod est mater, et polis, quod est civitas,
 10 «quasi mater aliarum civitatum». Et ita exponit Papias et
 secundum ipsum metretra «habet sextarios decem».

MICO, micas, micui, micare dicitur salire vel tremere et
 «debet facere mictum in supino, sed causa dubitationis,
 quia mingo facit mictum, in usu non invenitur». Ita dicit
 15 Priscianus (IX, 36).

MIGALE «animal est natum ad deridendum, dolosum, rapax,
 ingluviosum». Ita scribitur in glosa Levitici xi (30).

10 assignari C 11 mutare castra C; a alterum om. BC 13 vel
 mutare castra om. C 15 sunt om. C; accentibus legitur C
 METO 1 dicitur om. D 2 differentialem] de differentia B, om. D
 METRETA 1 metretra D 2 metorta A 4 latine om. A 8 civitas quasi
 mensura aliarum civitatum vel C 8-9 matropolis] metropolis B
 MICO 1 tremere sive splendere C 2 deberet AC 3 mictum] mictum D
 MIGALE 1 est natum] pennatum D, est enatum B

MIGMA, sicut dicit glosa Isaie xxx (24), «ordeum est cum palea» et declinatur hoc migma, tis. Item dicit Huguitio (s. v. Micros) quod migma est «palea minuta vel tritura frumenti permixta vel aliud commixtum vel confectio saponis
5 vel unguenti alicuius vel aliquid commixtum ad abluendum aptum. Unde xiii (17) Danielis dicit Susanna, 'Afferte mihi oleum et migmata', super quem locum dicit Magister in in Historiis (1467), «Smigma est ordeum cum palea unde faciunt mulieres decoctionem forte ad nitorem faciei». Bene
10 exposuit sed in ortographia defecit secundum Huguitionem qui ita dicit, «quod quidam corrupte dicunt smigmata» quia non debet ibi esse s.

MILIUM, sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (3,13), «a multitudine fructus vocatum est». Vel dicitur a mille quia, sicut quidam dicunt, unum granum milii seminatum postea facit mille.

MILVUS mollis est viribus et volatu. Unde dicitur milvus quasi mollis avis. Rapacissimus tamen est et semper domesticis avibus insidiatur.

MINGERE ad parietem dicitur canis vel infirmus qui non potest surgere. Unde versus,

Ad murum mingit canis aut qui surgere non quit.

Et declinatur mingo, gis, minxi, mictum, mingere. «Abicit
5 enim n euphonie causa in supino», ut dicit Priscianus (IX, 52).

MINISTER dicitur quasi minor statu. Et componitur a minor et sterion, quod est statio, quasi minor in statione. Et

MIGMA 4 saporis D 5 aliquid] aliud C 8 smigma] migma D 9 formem B 10 deficit BC 12 Post esse s add. in textu A, in marg. CD: vide infra ubi exponitur smigma et invenies huguitionem contrarium sibi (sibi ipsi C) unde tene quod dicit glosa et magister in historiis Inter Migma et Milium inseruit C: miles exponitur ubi exponitur comilito

MINGERE 3 Cf. Walther², no. 409 5 enim om. B

MINISTER 1 dicitur om. D

declinatur hic minister, huius ministri. Unde hec ministra
et minister, tra, trum et ministro, stras et hoc ministerium,
5 id est servitium, officium ministrandi.

MINO, minas, id est compellere vel ducere, activum est, sed
minor, aris, id est minas incutere, deponens est. Unde ver-
sus (*Serlo App.* II: a, M 10),

Dum grex minatur lupus illi dente minatur.

5 Item hec mina, mine dicitur libra una vel talentum, sicut
dicit Papias, et subdit, «mina grece appellatur et habet lx
siclos qui faciunt obolos mille ducentos». Item minas alti-
tudines murorum dicimus. Hugutio autem dicit sic, «mina
in ponderibus dragma vel due libre et semis estimatur. Mna
10 aliud pondus, appenditur c dragmis et est nomen grecum».

MINUTUM quoddam pondus est, scilicet media pars qua-
drantis. Unde pauper vidua (*Mr.* 12,42) «misit duo minuta»,
id est quadrantem.

MIRICA, ce nomen est arboris que genesta dicitur. Et deri-
vatur ab amarus, ra, rum quia valde amara est. Unde dicit
Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,49), «Mirica, quàm Latini
tramariciam vocant, ex amaritudine nominata est, gustus
5 enim eius nimis amarus est. Hec arbor in solitudine et saxosa
humo nascitur, ex qua etiam arbore maleficis artibus mistra,
id est odia, concitari dicuntur». Et producit ubique hanc
sillabam ri. Unde versus,

Sunt in eundo duces saxa, mirica, cruces.

10 Item Ovidius Methamorphoseon x a (97),

Perpetuoque virens buxus tenuesque mirice.

3 huius *om.* CD 5 id est] scilicet B
MINO 1 id est *om.* C 4 Cf. *Walther*², no. 6546 5 hec *om.* A 7-8 alti-
tudinem minorum C 9 extimatur AB, extunatur D 10 appendi-
tur c] appendi dicitur B
MIRICA 1 est *om.* C 2 quia] quasi C; id valde A 4 tamariciam C;
vocat] vocata C 6 maleficis] magis B 7 dicuntur] possunt C;
et *om.* D

MIRRA «arbor est que grece smirma dicitur . . . cuius virgulta Arabes exurunt ut melius pullulent et fructificent», sicut dicit Magister in Historiis (1188) ubi loquitur de confectione sacre unctionis. Item mirra est gummi eiusdem arboris et
 5 dicitur mirra quasi amara. Unde Ysidorus in Ethimologiarum xvii (8,4), «mirra est arbor Arabie, altitudinis v cubitorum, similis spine quam acantum dicunt, cuius guttta viridis atque amara, unde et nomen accepit mirra. Gutta eius sponte manans pretiosior est, elicita corticis vulnere vilior iudicatur.
 10 Sarmenta eius Arabes ignibus foveant, quorum fumo satis noxio, nisi odore storacis occurrant, plerumque insanabiles morbos contrahunt».

MIRRUM unguentum est odoriferum de mirra factum. Unde Iudith x a (3), «unxit se mirro optimo».

MIRTUS arbor quedam est de qua dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,50), «Mirtus a mari dicta eo quod magis litorea arbor sit . . . Hinc est quod et a Grecis mirtene dicitur. Medicorum autem libri hanc arborem aptam scribunt mulierum necessitatibus plurimis». Hoc mirtetum locus est in
 5 quo crescunt mirti. Mirtus appellatur «arbor pulcherrima» Levitici xxiii g (40), sicut patet in prologo Ieronimi super Zachariam.

MISERET verbum est defectivum et construitur cum accusativo et genitivo, ut miseret me tui. Unde versus,

Penitet et tedet, miseret, pudet et piget, ista
 Accusativis iunguntur cum genitivis.

5 Misereor, reris construitur cum genitivo vel dativo, ut misereor tui vel tibi. Miseror, aris construitur tantum cum accu-

MIRRA 1 mirta D 1-2 virgulas B 6 v] x D 7 atque] et B 8 amara est A; et *om.* C; mirra *om.* C; eius] est C 11 odores A

MIRTUS 2 virtus D 3 et *om.* B; mixtene D 5 est *om.* B 6 mirti] muti D

MISERET 2 me] te AB 3-4 Cf. *Doctr.* 1257-8 5 misereor] mimisereor C

sativo, ut miseror te. Unde Virgilius Eneidos xi c (XII, 241-3),

10 Qui sibi iam requiem pugne rebusque salutem
Sperabant, nunc arma volunt fedusque precantur
Infectum et Turni sortem miserantur iniquam.

Et dicit Huguitio (*s.v.* Mitto) quod «misereri tantum cordis est et si subvenire non possumus sed miserari ex opere comprobatur».

MISTERIUM dicitur «sacramentum vel sacrum vel absconditum vel prefiguratio occulta, occultum, secretum quia occultam habeat disputationem vel intelligentiam». Et dicitur a mistis vel «misticen grece, quod est secretum latine. Unde 5 de mysticus, ca, cum, id est sacer, divinus, occultus, figurativus quia in se secretam et occultam habeat intelligentiam, scilicet cum aliud dicitur et aliud intelligitur». Item a mistis «hoc mistrum, id est latens odium, et hic et hec mista, miste, id est secretarius». Ita dicit Huguitio (*s. v.* Misceo).

MNA exponitur supra ubi exponitur mino, minas.

MODESTUS, ta, tum dicitur temperatus et discretus. Et dicitur a modus, modi, quod est terminus, mensura, finis vel maneries vel condicio vel temperamentum. Item a modus dicitur moderor, aris quod secundum Papiam significat cohi- 5 bere, abstinere, refrenare, temperare, gubernare et construatur cum accusativo. Item invenitur modero, moderas idem. «Item a modus dicitur modicus, ca, cum, id est rationabilis, temperatus, moderatus. Item modicus dicitur parvus sed improprie» et abusive, ut dicit Huguitio (*s. v.* Modus). Et 10 inde dicitur «modico, cas, id est temperare, modificare. Quod autem dicitur modicus quasi modum capiens vel quasi modi custos ethimologia est».

7 c om. C 10 infestum C; Turni] curvi B 11 miserari B 12 misereri B 13 comprobamur C
MISTERIUM 3 vel] et D 6 et occultam om. D 8 mistrum] misterium C; et hic om. C

MNA Totum om. B

MODESTUS 4 quod] quia B 9 ut] ita C 11 modicus] modius A; modus A

MODIUS «dictus est ab eo quod sit suo modo perfectus. Est enim mensura librarum xliiii, id est sextariorum xxii. Cuius numeri causa inde tracta est eo quod in principio deus xx duo opera fecerit. Nam prima die vii opera fecit, id est materia⁵ informem, angelos, lucem, celos superiores, terram, aquam atque aerem. Secunda die firmamentum solum. Tertia die iiii: maria, semina, sationes atque plantaria. Quarta die tria: solem, lunam et stellas. Quinta die tria: pisces et reptilia aquarum et volatilia. Sexta die iiii: bestias, pecudes, reptilia terre et hominem. Et facta sunt omnia viginti duo genera¹⁰ in diebus sex. Et viginti due generationes ab Adam.usque ad Iacob, ex cuius semine nascitur omnis gens Israel; et viginti duo libri sunt veteris testamenti usque ad Hester; et viginti duarum litterarum sunt elementa quibus constat divine legis doctrina. Hiis igitur exemplis modius viginti duorum sextariorum a Moyse secundum sacre legis mensuram effectus¹⁵ est. Et quamvis diverse gentes huic mensure pondus vel adiciant ignoranter vel detrahunt, apud Hebreos constitutione divina tali ratione servatur. Modius enim a modo dictus. Hinc et modicus, id est moderatus . . . nam modica²⁰ pro parvis abusive, non proprie dicimus». Hucusque sunt verba Ysidori in xvi (26,10) Ethimologiarum.

MODIOLUS diminutivum est a modio. Est autem modiolus illud grossum lignum in rota per quod caput axis immittitur et in quo radii in circuitu sunt infixi. Et dicitur modiolus a modio quia in modum modii capax est et concavus.

MODULUS diminutivum est a modo. Unde hic modulus dicitur tropus cantus qui precinitur in principio misse vel ma-

MODIUS 1 modicus C 4 fecerit] fecit D 7 sationes] stationes A, om. B 10 et alterum om. B 14 sunt om. A 18 ignorantur C 22 Post Ethimologiarum add. in textu A, post Hester (v. 13) C, in marg. D: vide prologum in libros regum et invenies quomodo xx duo libri sunt usque ad Hester

MODIOLUS 2 illud] id C 3 et in om. B; in circuitu om. C; fixi A

MODULUS 1 est iteravit D 2 cantus scilicet qui B

tutinarum vel vesperarum, et pro modulatione cantus ponitur. Unde modulator, aris cantare dulciter, melodias facere
 5 invenitur. Et modulo, las in eodem sensu. Unde hoc modulamen cantatio dulcis et melica.

MOLA a molo, lis dicitur lapis latus et rotundus in quo ferum molitur. Item mola dicitur puls ex farina et aqua et sale quam olim inter cornua animalis immolandi fundebant, et si patienter ferebat bonum erat, si recalcitrabat malum erat et
 5 reiciebatur. Unde per compositionem dicitur immolo, las, id est sacrificare, quasi molam infundere. Item mola dicitur lapis in quo frumentum molitur et teritur. Et dicitur a molendo vel secundum Ysidorum (xx, 8,6) dicitur mola quasi mala a rotunditate a malon, quod est rotundum. Grecismus
 10 (x, 223-4) ponit tales versus,

Que frumenta molit mola sit, molesque tibi sit
 Pondus, et in sacris mola sit quia multa farina.

Item a mola dicitur hic et hec molaris et hoc molare ad molam pertinens vel magnus ad modum mole. Vide infra ubi
 15 exponitur multa. Item hic molaris appellatur dens maxillaris a molendo quia cum molaribus cibos molimus. Vide supra ubi exponitur dens. Item hic molaris dicitur lapis magnus ad modum mole. Unde Ovidius Methamorphoseon iii a (59-60),

20 Aut comes' inquit 'ero'. Dixit dextraque molarem
 Sustulit etc.

Mola asinaria dicitur quia cum ea molitur asino, asinus enim in plerisque molendinis volvit rotam cum mola. Vel mola asinaria dicitur gravis et ponderosa ut asinus vel quia onerat
 25 asinum.

3 vel vesperarum *om.* C; modulatione D
 MOLA 3-4 si . . . erat *primum om.* B 5 immolo] a molo C 10 ponit
 tales versus *om.* D 13 hoc *om.* C 15 appellatur] dicitur C 17 hic
om. C; dicitur *om.* C 20 dextraque] dextra quia B 22 quia] quod
 C; cum asino ea molitur *Hug.*
In marg. fol. 103^v add. D: mollesco cis inchoativum descendens a
 molleo es quod descendit a mollio is

MOLIOR, liris, litus sum, moliri cum difficultate conari, et proprie de magnis rebus «machinari, preparare, fabricare, excogitare, disponere vel cum difficultate vel ingeniose aliquid facere». Et dicitur a moles, molis, quod est difficultas, 5 magnum pondus. Ita dicit Huguitio (*s. v.* Moles).

MOLO, molis, lui, lere, sicut ait Huguitio, «caret supino aut facit multum aut molitum penultima correpta». Supra autem ubi exponitur demolior plenius tangitur recta declinatio huius verbi. Est autem molere idem quod acuere, ut «iste molit 5 cultellum». Item idem est quod terere, ut iste molit triticum vel aliud granum. Item idem est quod coire, unde de Sampsonē dicitur xvi (21) Iudicum, «clausum in carcere molere fecerunt». Vel molere ponitur ibi pro serviliter operari unde in Historiis (1289) dicitur, «Molere fecerunt quasi opere 10 servili eum affligentes. Hebrei tamen tradunt quod Philistei coegerunt eum dormire cum mulieribus robustis ut ex eo robustam sobolem susciperent».

MOMENTUM quasi movimentum dicitur a moveo, es quia cito et in transitu movetur tam breve spatium temporis. Sicut enim dicitur in Compoto (*De temp.* I-II) «hora est xxiiii pars diei naturalis, punctum est iiii pars hore, 5 momentum est x pars puncti vel xl hore». Item «momentum statere» Isaie xl (15) dicitur stilus vel lingula in transversali ligno posita per quam cognoscitur utrum lances in trutina equaliter ponderent. Item secundum Huguitionem (*s. v.* Mo-

In marg. fol. 103^v add. D: mollis is ivi itum tu temperare mitigare enervare mollem reddere

MOLIOR 1 moliri dicitur A; coronati C 2 parare BC 4-5 difficultas magnitudo magnum C

MOLO 5 cutellum CD 6 granum id est terit A 6 post coire D, post fecerunt (*v.* 8) add. C: qui enim coit quasi molere et terere videtur 7 clausum est A 10 tradunt] credunt AC; quod Philistei quod AD

MOMENTUM 1 dicitur om. D 2 tam] cum sit valde B 4 est] autem B 5 est] autem B 5-6 momentum est statere C 6 dicitur om. B; transversa B 7 dinoscitur C; trutina] truncina D

veo) momentum «ponitur pro mutatione»; ponitur etiam
 10 pro «stilo in quo momenta colliguntur quia cito ad modum
 momenti inclinatur». Et sic momentum statere cito in al-
 teram partem declinat. Et a momento dicitur momenta-
 neus, nea, neum, id est transitorius, cito transiens, parum
 durans.

MONETA equivocum est ad nummisma et ad Iunonem. Unde
 in Grecismo (x, 256) scribitur,

Dicas Iunonem, dicas nummisma monetam.

Et dicitur a monendo. Unde Ysidorus Ethimologiarum xvi
 5 (18,8) ubi agit de auro sic ait, «Moneta appellata est quia
 monet ne qua fraus in metallo vel in pondere fiat».

MONILE ornamentum est pectoris, a muniendo dictum quasi
 munile quia munit pectus mulieris ne lecatorez possint ma-
 num immittere in sinum eius. Vel dicitur a monendo quia
 monet castitatem. Monet enim videntes eam abstinere ab
 5 ea tamquam viro coniuncta quia sole maritate olim ferebant
 monilia. Vel dicitur monile a munere quia solet pro munere
 dari. Unde Ysidorus in xx (xix, 31,12) Ethimologiarum,
 «Monile ornamentum ex gemmis est quod solet ex femina-
 rum pendere collo, dictum a munere. Hoc etiam et ser-
 10 pentum dicitur quia constat de amphorulis quibusdam aureis
 gemmisque variis in modum facture serpentis . . . Plerum-
 que autem per monile omnia ornamenta feminarum signi-
 fificantur, quicquid illis munere datur». Ita dicit Ysidorus.

MONIMENTUM a monendo idem est quod monimen vel mo-
 nitio. Item monimentum est per quod admonetur et ad
 memoriam reducitur. Unde historie dicuntur monimenta

9 monumentum A; imitatione A 13 transitorius vel mutabilis B;
 transiens et parum B

MONETA 1 est om. B 3 menetam C 6 vel] et A

MONILE 7 Ysidorus om. AD 12 feminarum] mulierum C 13 illis vel
 munere A

MONIMENTUM 3 unde in historiis C

quia preterita admonent et ad memoriam reducunt. Unde
5 monimentum dicitur quasi monens mentem.

MONUMENTUM est sepulchrum mortuorum a monendo dictum quia monet mentes transeuntium ut cogitent de morte. Item monet ad memoriam defuncti et ad contemptum sui. «De monumento domini dicit Beda super Marcum quod
5 domus fuit rotunda de subiacente rupe excisa, tante altitudinis ut vix homo manu extenta possit culmen attingere, introitum habens ab oriente cui lapis magnus appositus erat pro hostio. In parte vero eius aquilonari locus dominici corporis de eadem petra factus est, septem pedes habens lon-
10 gitudinis, tribus palmis altius eminens cetero pavimento, quasi sarcofagus suppositus pavimento. Vel in ipso pariete locus factus erat sicut fit in muris domorum ad utensilia reponenda. Nam et dicit Beda super locum illum, non desuper sed a latere meridiano patulum, unde et corpus offer-
15 rebatur, quod tamen priori sententie congruit ut esset quasi sarcofagus, inclinatus super latus et aperturam habens a latere, non desuper. Color vero loculi et monumenti rubicundo et albo dicitur esse permixtus». Ita dicitur in Historiis (1634) in fine evangelice historie. Vide infra ubi exponitur
20 rokus.

MONSTRUM est, ut ait Papias, quod extra naturam nascitur vel nimis grande vel nimis breve. Et dicitur a monstro, monstras quia monstrat aliquid futurum. Et, sicut ait Hugutio (*s.v.* Monstro), monstrum proprie est «quod statim
5 monstrat quid appareat». Ysidorus autem in xi (3,1-3) Ethimologiarum ponit differentiam inter portenta, ostenta, prodigia et monstra dicens, «Portenta esse Varro ait que contra naturam nata videntur, sed non sunt contra na-

4 quia] quasi C
MONUMENTUM 1 est *om.* C 6 culmen] cultum A 12 locus] loculus
A, locus D 14 corpus] corus B 14-15 efferebatur B 15 tamen
et priori BC 16 latus] latere C; et *om.* B
MONSTRUM 3 quia] quod C 5 quid] quod C 7 ut Varro B

turam quia divina voluntate fiunt, cum voluntas creatoris
 10 cuiusque rei condite natura sit. Unde et ipsi gentiles deum
 modo naturam, modo deum appellant. Portentum ergo fit
 non contra naturam, sed contra quod est nota natura. Por-
 tentia autem et ostenta, monstra atque prodigia ideo nuncu-
 pantur quia portendere atque ostendere, monstrare ac pre-
 15 dicare aliqua futura videntur. Nam portenta dicta perhibent
 a portendendo, id est preostendendo. Ostenta autem dicta
 quod ostendunt quicquid futurum videatur. Prodigia di-
 cuntur eo quod porro dicant, id est futura predicent.
 Monstra autem a monstrando dicta eo quod aliquid signi-
 20 ficandum demonstrent sive quod statim monstrent quod
 appareat. Ista tamen proprietas scriptorum abusione plerum-
 que corrumpitur».

MONS est «altus terre tumor» et, sicut dicit Hugutio (*s.v.*
 Moveo) dividitur in tria: in «radicem, latus et longum, quod
 est summitas montis. Et dicitur a moveo, ves quia ibi terra
 in altum movetur. Vel per contrarium» dicitur a moveo quia
 5 minime movetur. «Vel dicitur a munio quia munit nos vel
 ab eminendo» quia emineat. Unde ait Ysidorus *Ethimolo-*
giarum xiiii (8,1), «Montes sunt tumores terrarum altissimi,
 dicti quia sint eminentes». Vide supra ubi exponitur iugum.
 Quod autem dicitur mons quasi moles opposita novo soli
 10 ethimologia est. Et componitur cum procul et dicitur hoc
 promontorium, scilicet mons altus; vel dicitur a prominendo
 eo quod procul emineat. Montana, montanorum dicuntur
 alti montes.

«MONTES GELBOE, nec ros nec pluvia veniant super vos»

14 ac] atque C 15 dicta quod B; prohibent B 16 a *om.* D;
 portendo AD; dicta id est B 17 quod] quia C 19 aliquid] aliud
 C 19-20 signandum C 20 demonstrant C 21 tantum ACD;
 abusive B 22 corrumpitur] corripitur B, corrumpunt D
 MONS 2 longum] iugum *Hug.* 4 moveo ves B 5 munio] muniendo B,
 munio nis A 8 sunt C 9 vel nascenti novo A, nascenti novo D
 11 scilicet] si C
 MONTES GELBOE 1 veniat D

ii Regum i f (21) ubi dicit Magister Historiarum (1324-5),
 «Quidam dicunt 'super te' sic legentes litteram. 'Montes
 Gelboe' subaudi ve vobis; postea inferunt 'nec ros nec plu-
 5 via veniant super te'. Montes hii, ut dicunt, uberrimi fue-
 rant prius, et imprecatur eis David non ariditatem sed ster-
 rilitem quasi aridi essent. Unde subdit 'neque sint super
 vos agri primitiarum', id est fructuum optimorum, sicut
 prius. Alii dicunt prophetiam esse que impleta est in diebus
 10 Helye . . . Alii dicunt in cacumine montis nec ante nec post
 pluvisse, sed per maledictionem confirmatum est».

MORS est dissolutio anime et corporis, et dicitur a mordeo,
 mordes quia mordet. Vel dicitur a morsu primi hominis per
 quem mortem incurrit. Vel, sicut dicit Ysidorus Ethimolog-
 5 iarum xi (2,31-2), «Mors ab amaritudine dicitur eo quod sit
 amara vel a Marte qui est effector mortium. Tria autem
 sunt genera mortis: acerba, immatura, naturalis. Acerba in-
 fantium, immatura iuvenum, merita, id est naturalis, senum».
 Item a morte dicitur morior, moreris vel moriris, tertie vel
 quarte coniugationis. Unde Grecismus (xxvi, 106-8),

10 Tertie vel quarte tria deponentia dicas,
 Ut morior, potior, orior; non plura recorder.
 Si dicas moreris bene dicis sive moriris.

Et dicit Hugutio (*cf. s. v. Mordeo*) quod facit mortuum mor-
 tuu in supino, unde mortuus, a, um, vel moritum, tu, unde
 15 moriturus. Hoc autem non habet a Prisciano qui ait (x, 8),
 «Deponentia in rior desinentia orior et morior tam secun-

2 ii] iii ABD 3 litteram] differentiam vel litteram A 4 subaudi
om. A; infertur C 5 te] vos B; montes *om.* B 7 quasi] quia C;
 unde subdit *om.* C; neque] nec BC 11 pluvisse B
In marg. fol. 104^v add. D: A mordeo morsus sa sum qui mordit et
 comedit quasi non ieiunus unde componitur immorsus sa sum
 id est ieiunus qui nichil morderit unde oratius in sermonibus
 flagitat immorsus refici
 MORS 2 homini D 3 vel *om.* D 8 morior moreris tertie D 10 terne
 A; tria] tu B 13 faceret A; mortuu] mortu D 14 unde et
 mortuus C; moritum] mortum C 15 moriturus a um B 16 ut
 orior A; orior] orio C; et *om.* C

dum tertiam quam secundum quartam coniugationem declinauerunt auctores». Et sequitur (x, 9), «Eorum supina ortum et moritum, quamvis oriturus non orturus inveniatur
 20 participium futuri; sed preteriti ortus non oritus dicitur . . .
 A morior quoque notandum quod, cum moriturus secundum analogiam faciat participium futuri, mortuus facit preteritum geminata u, quod in nullo alio inuenies, unde mortuus pro mortus vel moritus quod proportio magis exigebat». Ysidorus autem in xi (2,33) Ethimologiarum sic ait,
 25 «Mortuus ex qua parte orationis declinetur incertum est. Nam, sicut ait Cesar, ab eo quod est morior in participio preteriti temporis in tus exire debuit, per unum scilicet u, non per duo. Nam ubi geminata est littera u nomen est, non
 30 participium, ut fatuus, arduus. Convenienter itaque factum est ut, quemadmodum id quod significat non potest agendo, ita et ipsum nomen non posset loquendo declinari».

MORTARIUM dicitur a morte eo «quod semina ibi in pulverem redacta et mortua condiantur». Ita dicit Ysidorus in iiii (11,6) Ethimologiarum. Vel componitur a morte et tero, teris quia quicquid ibi teritur moritur. Unde hoc mortariolum diminutivum, de quo habetur in vii (14) Numerorum, super quem locum dicit Magister in Historiis (1221), «In hoc vase aromata terebantur. Hebreus habet coclear, quo thus in thuribulo ponebatur».

MORTICINUS, na, num et hoc morticinum, ni componitur a morte et cedo, dis. Et secundum hoc producitur hec sillaba ci. Vel componitur a morte et cado, dis, et secundum hoc corripitur. Versus,

5 Morticina cadunt ferro, morticina morte.

17 coniugationem] declinationem C 19 non et orturus B 20-22 sed . . . futuri *om.* B 20 oritus] oritur D 21 cum] tamen A, est C 23 unde] nisi A, ut BD 24 pro *om.* D 26 declinatur AD 29 nomen *om.* CD; non *alterum om.* B 32 et] in D
 MORTARIUM 2 item ACD; in *om.* B 4 quicquid] quod C
 MORTICINUS 1 componuntur D 5 *Cf. Grec. x, 193 et apparatus criticum*; morticina *ambo*] mortina C

In hoc tamen non est vis, sive enim gladio sive fuste sive quolibet alio modo moriatur quis semper cadit morte. Unde ubique potest corripī. Non tamen nego quin producat^{ur} quando componitur a cedo, dis.

MORUS, mori arbor est cuius fructus dicitur morum. Et dicit Ysidorus Ethimologiarum xvii (7,19), «Morus a Grecis vocata quam Latini rubum vocant eo quod fructus eius vel virgulta rubent. Est enim morus silvestris, fructus afferens
5 quibus in deserto pastorum fames ac penuria confovetur. Eius folia superiecta serpenti eum interimunt». Item dicit Ambrosius super Matthei xvii (*Glosa Lc. 17,6*), «fructus mori in flore albet, formatus irrutilat, maturitate nigrescit».

MOS, moris exponitur supra ubi exponitur consuetudo, et ibidem exponitur morosus.

MUCRO est gladius longus et dicitur a macron, quod est longum. Vide supra ubi exponitur gladius.

MULCEO, ces, si, cere, mulsum idem est quod lenire, mitigare, delectare.

MULGEO, ges dicitur lac de ubere extrahere. Unde hoc multrale et hoc multrum et hec multra in eodem sensu, scilicet vas in quo mulgetur. Multrum etiam et multra dicitur hora mulgendi. Et nota quod mulgeo habet idem preteritum et
5 idem supinum cum mulceo quamvis antiqui, causa differentie, dixerunt mulgeo, mulxi, mulctum. Ita dicit Priscianus (*Cf. IX, 50*).

MULIER a mollitia dicitur quia mollis et debilis est respectu

7 quis] quid B 8 non] nec B
MORUS 4 silvestris arbor fructus C 6 item] ideo C 7-8 fructus . . .
nigrescit] *Haec verba Ambrosio in glosa non attribuuntur* 7 fructus]
morus A 8 irrutilat B, rutilat D
MOS 1 supra *om.* D 2 morosus sa sum B
MULCEO 2 delectitare A; *In marg. add.* D: a mulceo hic et hec mulce-
bris bre suavis delectabilis et hec mulcedo dinis id est suavitas
MULGEO 1-2 mutrale D 3 quo lac mulgetur A

viri. Quod autem dicitur mulier quasi molliens herum ethimologia est. Et, licet plerique disceptent de accentu huius nominis in obliquis, ego tamen sequor Statium (?) dicentem,

5 Si qua tamen soboles, si qua est mulieris imago.

Dicunt tamen quidam quod mulier dicitur quasi mulcens herum, et secundum hoc corripit hanc sillabam e in obliquis, sicut corripitur in hoc nomine herus. Vel dicitur mulier quasi mulcens heroem, et tunc producit in obliquis hanc
10 sillabam e, sicut producit in hoc nomine heros. Tales deberent aspirare muliher, muliheris. Sed, sicut supra dictum est, potius est hic ethimologia, quam non semper sequitur accentus, quam derivatio. Dicit enim Ysidorus Ethimologiarum xi (2,18), «Mulier a mollitie, tamquam mollier, detracta
15 littera vel mutata, appellata est», scilicet propter imbecillitatem corporis respectu viri, sicut ibidem subiungitur.

MULIEBRIA, muliebrium dicuntur menstrua quia «mulier solum animal menstruale est», sicut dicit Ysidorus Ethimologiarum xi (1,140). Vide supra ubi exponitur menstruum. Et dicit Magister in Historiis (1099) super illud Genesis
5 xviii (11), «Desierant Sare fieri muliebria», id est menstrua, quibus deficientibus vis deficit pariendi». Ratio assignatur ab Ysidoro in xi (1,139) Ethimologiarum ubi dicitur, «Semen est quod iactum sumitur aut a terra aut ab utero ad gignendum vel fructus vel fetus. Est enim liquor ex cibi
10 et corporis decoctione factus aut diffusus per venas atque medullas, qui inde sudatus in modum sentine concrescit in renibus eiectusque per coitum et in utero mulieris susceptus calore quodam modo et menstrualis sanguinis irrigatione formatur in corpus . . . Post plurimos autem dies menstruos

MULIER 3 plerisque AD 5 est *om.* A 6 quidam *om.* C 9 et *om.* A 10 producit CD; herox B 11 debent A 12 sequar A 13 quam derivatio] tamquam dirivatio B, sed magis derivationem C; dixit B
MULIEBRIA 5 Sare *om.* B; fieri *om.* D 6 defuit A; patiendi B 7 in *om.* C 8 quod] quia D 9 liquo C 10 coctione D 11 inde] in die C 14 post] per B

15 ideo semen non est generabile quia iam non est menstrualis sanguis a quo perfusum irrigetur» etc.

MULUS nomen grecum est, unde hec mula et hic mulio, id est sessor vel custos muli. Et nascitur ex equa et asino, sicut burdo ex equo et asina. Vide supra ubi exponitur burdo.

MULSUM «ex melle mixtum est. Est enim potio ex aqua et melle quod Greci mellicratum vocant». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xx (3,10). Videtur tamen quod potius ydromel dixisset quam mellicratum quia mellicratum, ut dicit
5 Papias et similiter Huguitio (s. v. Mellesse), vinum est melle mixtum sive potio ex vino et melle. Super illud autem Nee- mie viii (II Es. 8,10), «comedite pingua et bibite mulsum» dicit glosa, «Mulsum est vinum melle dulcoratum. Unde et a Grecis ydromel vocatur». Sed cum ydromel componatur ab
10 ydor, quod est aqua, et mel videtur quod potius dixisset mellicratum quod componitur a melle et cratum, quod est vinum. Unde Grecismus (VIII, 75),

Est cratum vinum, mellicratum venit inde.

Huguitio (s. v. Mulceo) dicit ita, «hec mulsa mulse potio
15 quedam est ex vino vel aqua et melle», et eadem dicitur et mulsum a mulceo, ces, quia mulcebris, id est delectabilis est potio ad bibendum. Vel dicitur a melle quasi melsum. Invenitur quoque «hoc mulsum pro vino novo Neemie viii (II Es. 8,10), 'comedite pingua et bibite mulsum'». Item alibi
20 dicit ipse (s. v. Medo) quod medo sive medus dicitur mulsum. In alia significatione ponitur in Grecismo (XII, 382-3) ubi dicitur,

In quo mulgetur lac tempus multra vocatur,
Vas est multrale, mulsum quod defluit inde.

Vide supra ubi exponitur mulgeo.

MULUS 2 et mulus nascitur A 3 supra] burdo D

MULSUM 4 dixisse D 11 melle] mel D 15 et *primum om.* C; et *alterum om.* BD 17 quasi *om.* B 20 sive] vel A 24 mutrale D

MULTA, multe dicitur pena, vindicta et dicitur a multo, multas, quod est dampnare, verberare. Ita dicit Huguitio (s. v. Moles). Papias vero dicit, mulctare condemnare, calcare, vexare, confringere. Item dicit Huguitio quod a multis, 5 ta, tum dicitur multo, tas. Unde miror de quibusdam qui scribunt et proferunt mulcto et mulcta et mulctatus cum ibi non sit c. Supra ubi exponitur mulgeo dicitur quod facit mulctum in supino et forte inde volunt quidam formare hec mulcta, mulcte et mulcto, tas quia quando quis mulctatur 10 eius substantia mulgetur et extrahitur. Credo tamen quod verius dicitur multo, multas ab ultimo supino huius verbi molo, lis, lui, lere, multum, tu. U enim mutata in o fit multo a multu, pena enim quasi molit et conterit tribulatum. Supra ubi exponitur de molior ponitur declinatio huius verbi 15 molo.

MULTIVOLA mulier appellatur «sinagoga hereticorum que per diversos errores volitat». Ita dicit glosa super illud Ecclesiastici ix a (3), «ne respicias mulierem multivolam» etc. Et declinatur multivolus, la, lum et componitur a multis, ta, 5 tum et volo, volas. Item multivolus dicitur multa volens et tunc componitur a multus et volo, vis.

MUNDUS dicitur a movendo «quia semper in motu est, nulla enim requies eius elementis concessa est». Verba sunt Ysidori in iii (29) Ethimologiarum. Idem in xiii (1,1-2), «Mundus est celum et terra et mare et que in eis sunt opera

MULTA 1 mulcta mulcte ABC 1-2 mulcto multas A 3 vero] autem C; mulctare] multare C, multa BD 4 item] ita C 5 mulcto tas A; unde et B 6 mulctatus] mulctus A 7 sit] debeat esse B 7-10 supra . . . extrahitur *in marg.* D, *om.* B 12 enim *om.* BC; fit] ut B 14 de molior ponitur *om.* D 15 *Post molo add.* C: secundum illos qui dicunt mulctare cum c potest dici quod est frequentativum huius verbi mulgeo mulges quod secundum antiquos facit supinum mulctum ctu nec enim dicitur mulsum su unde mulcta dicitur extorta pecunia vel tributum

MUNDUS 1 dicitur *om.* C; quia] quod D 3 xiii] iiii D 4 et *tertium om.* B; et omnia que A

5 dei. . . . Mundus latine dictus a philosophis eo quod in sempiterno motu sit . . . Greci vero de ornamento nomen mundo accommodaverunt propter diversitatem elementorum et pulchritudinem siderum. Appellatur enim apud eos cosmos, quod significat ornamentum. Nichil enim mundo pulchrius
 10 aspicimus oculis carnis». Et nota quod quandoque dicitur «mundus universitas creaturarum, scilicet quod constat ex iiii elementis totis . . . Quandoque dicitur mundus archetypus quandoque homo. Unde et microcosmus dicitur quandoque superior et dignior pars magni mundi, scilicet firma-
 15 mentum, per excellentiam quod precipue est in motu et quia precipue mundum et purum est, nichil habens terrene fecis vel gravitatis. Mundi etiam nomine mundi amatores significantur. Unde Iohannis i (10) . . . 'mundus eum non cognovit', id est mundi amatores». Ita dicit Huguitio (s. v.
 20 Moveo).

MUNDUS MULIEBRIS dicitur apparatus ad ornatum mulieris pertinens. Unde super illud Hester ii a (3), «accipiant mundum muliebrem» etc. dicitur in Historiis (1491), «id est vestes et cultus et ornatus. Unde et ministros talium mundi-
 5 burdos vocamus». Huguitio (s. v. Moveo) dicit quod hoc

5 mundus et latine B 7 et propter AD 11 scilicet] sed A 12 quandoque et AC, quandoque etiam D 13 quandoque homo] quandoque vero dicitur mundus homo C 15 quod] quia BC 19 Post Huguitio *add. in textu* A, *post archetypus* (v. 12-13) C, *in marg.* D: archetypus (enim C) dicitur ab archos quod est princeps et typus quod est figura unde hic archetypus dicitur princeps figurarum (figuranum C) et ponitur adiective archetypus pa pum unde archetypus mundus scilicet principalis figura mundi sensibilis et dicit magister guillelmus autisiodorensis (altisiodorensis C, altisiodus D) (quod archetypus C) nichil aliud est quam divina dispositio sive ordinatio que fuit ab eterno in mente divina de creaturis faciendis

MUNDUS MULIEBRIS 1 ornamentum C; mulierum B 2 unde et super B; a om. C; accipiat ABD 4 et alterum om. ABD 4-5 mundibundos A 5 *post vocamus add.* B *in textu*: ego vero credo quod mundus muliebris accipitur in predicto hester loco pro multitudine mulierum vel puellarum vel aliarum

mundum dicitur «munditie pretium vel quod facit munditiam. Unde» secundum ipsum «dicitur in predicto loco Hester 'accipiant mundum muliebre'». Sed deceptus est in littera. Item hoc mundum dicitur dominium.

MUNICEPS, cipis communis generis est, quod exponit glosa Actuum xxi g (39) ubi dicitur, «non ignote civitatis municeps». Glosa, «non vocat se civem sed municipem a municipio, id est territorio illius civitatis in qua nutritus est».

5 Dicitur autem municipium quod tantum munia, id est tributa vel munera, reddat». Ad maiorem evidentiam nota quod munium a manu dicitur, scilicet debitum officium vel munus vel tributum. Et dicitur munium quasi manu sit factum. Et componitur cum capio, pis et dicitur hoc municipium. Est

10 autem municipium quasi, «manente statu civitatis, ius aliquid maioris vel minoris officii a principe impetratum. Dictum autem municipium a muniis, id est officiis quia tantum munia, id est tributa debita vel munera, reddat. Nam liberales et famosissime cause et que ex principe pro-

15 ficiscuntur ibi non aguntur. Hec enim ad dignitatem civitatis pertinent». Ita dicit Papias. Vel (*Hug. s. v. Munio*) «municipium dicitur castrum munitum in confinio regionum ubi solent morari stipendiarii milites» qui ibi accipiunt «munia et munera . . . pro custodia castri . . . Unde hic et hec muni-

20 ceps, municipis . . . in municipio natus vel . . . officium gerens». Et dicit Hugutio quod municipes et municipales et municiparii omnia dicuntur in eodem sensu. «Hoc enim nomine censentur castellani in municipio nati et permanentes et etiam milites stipendiarii qui pro custodia municipi-

7 unde et B; prefato B 8 muliebrem B 9 item . . . dominium *om. C*; mundus D

MUNICEPS 1 genus A 8 quasi] quod C 9-10 est autem municipium *om. C* 10 quasi] quod B 11 a principe *om. C*; impetrat ABC 12 quia] quod B 18 milites unde dicitur municipium propter stipendiarios milites qui C 19-20 municipes] municeps BC 21 municipales] municipales A 24 milites *om. C*; stipendiarii D

- 25 pii munera capiunt et etiam originales et in loco officium
gerentes et etiam quoddam genus civium Romanorum olim
dicebatur sic. Unde Paulus dicebat (*Ac.* 21,39), 'Ego sum de
Tarso Cilicie, non ignote civitatis municeps' volens signi-
ficare quod esset civis Romanus». Ita dicit Huguutio. Vide
30 Ysidori Ethimologiarum ix (3,21) ubi agitur de imperiis.

MUNUS et donum ita distinguuntur. «Munus est debitum,
ut patrono, donum honorarium est. Et donum deo datur,
munus hominibus. Et donum dantis, munus accipientis. . .
Dictum autem donum a dando», munus a muniendo vel
5 monendo. Ita dicit Papias.

- MURENULA est catenula auri vel argenti, virgulis contexta in
similitudinem murene. Unde Ysidorus Ethimologiarum xix
(31,14), «Murena vulgo vocatur quod scilicet auri metallo
in virgulis lentescente quedam ordinis flexuosa catenula
5 contextitur in similitudinem murenule serpentis que ad col-
lum ornandum aptatur». Et nota quod murena piscis qui-
dam est similis anguille. Unde ait Ysidorus Ethimologia-
rum xii (6,43), «Murenam Greci murinam vocant eo quod
complicat se in circulos. Hanc feminini tantum sexus esse
10 tradunt et concipere a serpente; ob id a piscatoribus tam-
quam a serpente sibilo evocatur et capitur. Ictu autem fustis
difficile interimitur, ferula autem protinus. Animam habere
in cauda certum est, nam capite percussa vix interimitur,
cauda autem percussa exanimatur».

MUS, muris sorex dicitur a mus grece, quod est terra latine,
quia facit cubiculum suum sub terra. Et componitur cum

25-26 officium gerentes] officiorum AB 26 etiam] secundum B
27 dicebantur D; dicebat actuum xxi C; sum *om.* C 28 volens
illis C 30 agit C

MUNUS 1 nusus C 4 autem *om.* D 4-5 vel a monendo BC
MURENULA 2 Ysidorus *om.* B 3 quod] quasi D 5 serpentis *om.* C
6 ordinandum AD 6-7 quidam *om.* A 7 *post* anguille *add.* B: qui
dicitur in gallico lamproie et est piscis divitum non pauperum in
tempore suo 10 a serpente *om.* A 14 cito exanimatur D

esca et dicitur hec musca quasi muris esca vel potius ethimologia est. Item componitur cum capio, pis et pes, pedis
 5 et dicitur hec muscipula, scilicet instrumentum quo capiuntur mures. Papias, «muscipula pedica», id est laquei quibus pedes illigantur. Item mus ponitur pro glire Isaie ultimo (66,17).

MUSAC expositum est supra ubi exponitur corbanan.

MUSICA est una «de septem liberalibus artibus, dicta a moys, quod est aqua, quia olim primo inventa fuit in ydraulis, id est aquaticis instrumentis et in malleis fabrilibus a Pitagora. Unde olim in aquaticis exercebatur instrumentis. Vel ideo
 5 dicitur a moys quia tractat de vocibus et de proportionibus vocum, et sine humoris beneficio nulla cantilene vel vocis subsistit delectatio. Unde hic musicus dicitur qui tractat de musica vel qui eam docet. Et musicus, musica, cum et hic et hec musicalis et hoc le in eodem sensu» ad musicam pertinens. Ita dicit Hugutio (*s. v. Moys*). Papias vero sic ait,
 10 musica cantica aut voce humana aut soni modulatione pulsuve composita. Unde musici dicuntur modulatores. Secundum Ysidorum in iii (15,1-2) Ethimologiarum, «Musica est peritia modulationis sono cantuque consistens. Et dicta mu-

MUS 4 est *om.* B; et *om.* D 5 in quo D 7 pro mure glire D 8 *post* ultimo *add.* A: mus pro glire

MUSAC musac] musale C

In marg. fol. 107 add. D: hec muscipula le ponitur generaliter pro qualibet deceptione unde muscipulor aris id est decipere et hinc muscipulator id est deceptor

MUSICA 3 in aquaticis A; in malleis fabrilibus a pitagora *post* primo (v. 2) *inseruit* C; *post* Pitagora *add. in textu* A, *post* instrumentis (v. 4) C, *in marg.* D: ydraula sonus est organi ut (vel CD) quoddam genus musicorum et dicitur ab ydor quod est aqua et aule grece quod est cannula (causanula C) vel tibia unde ydraule dicuntur fistule organorum 5 et *om.* CD 6 beneficio D 7 subsistat C; *post* delectatio *add. in textu* B: vel dicitur a moys quod est aqua quia ad similitudinem aque a vento percusse et erigentis undas suas nunc in altum nunc in imum erigitur et deprimitur ipsa musica organicis instrumentis; musicus *om.* C 9 sensu scilicet ad BC 14 sono] suo B 14-15 musica secundum quosdam per B

15 sica per derivationem a musis. Muse autem appellate a mus-
 son, id est a querendo, eo quod per eas, sicut antiqui volue-
 runt, vis carminum et vocis modulatio quereretur. Quarum
 sonus, quia res est sensibilis, preterfluit in preteritum tem-
 pus imprimiturque memorie. Inde a poetis Iovis et Memorie
 20 filias Musas esse confictum est. Nisi enim ab homine me-
 moria soni teneantur pereunt quia scribi non possunt». Alii
 dicunt Musas fuisse Memnonis et Thesbie filias. Novem
 dicuntur esse Muse quia novem sunt que vocem humanum
 operantur, scilicet duo labia, quatuor dentes principales,
 25 plectrum lingue, concavitas gutturis, anhelitus pulmonis.
 Et dicuntur secundum fabulas habitare in Elicone monte.
 Prima vocatur Clio, que fama dicitur a cleos, quod est gloria.
 Scientia enim a multis queritur ut fame gloria acquiratur.
 Secunda Euterpe dicitur, ut sit primo velle, secundo delectare
 30 in eo quod velis. Tertia Melpomene, meditationem faciens.
 Quarta Talia, id est capacitas. Quinta Polimia, id est multam
 memoriam faciens. Sexta Erato, simile inveniens. Septima
 Tersicore, iudicans vel instruens. Octava Urania, id est ce-
 lestis. Nona Calliope, id est optima vox. Et ordinantur sic:
 35 primum est velle, secundum delectari in eo quod vis, tertium
 meditari in eo quod vis et in quo delectaris, quartum capere
 ea que meditaris, quintum quod capis memorari, sextum de
 tuo simile aliquid invenire, septimum quod invenis iudicare,
 octavum de eo quod iudicas bonum eligere quod celestis

16 antiqui qui A 17 quorum C 18 in] inter B 19 inde] vel inde
 A, vel B 20 filias musas] in silvis musas B 20-21 ab hominis
 solius memoria C 20 homine] hominem D 21 soni om. B 22 no-
 vem autem B 23 dicunt A 26 et om. A; dicunt A 27 prima
 autem B; que et fama C 29 *Post velle add. in textu* A: euterpe
 interpretatur bene delectans vel bona delectatio 30 eo quod] eis
 que C; melpomene BC; faciens inanem A 32 Erato] crato C
 33 trisicore B 33-34 *post celestis add. in textu* AC, *in marg.* D:
 uranos enim (enim om. D) grece celum latine unde urania 34 *Post*
vox add. in textu AC, *in marg.* D: calliope dicitur a calo quod est
 bonum et phonos quod est sonus vel vox; et om. B; ordinantur
 autem sic B 36 in eo ... delectaris] tertium est in eo quod vis
 et in quo delectaris A; quartum est capere B

- 40 ingenii est, nonum est quod elegeris bene proferre. Hic est ordo sapientie.

MUSSITO, mussitas verbum est frequentativum, id est frequenter mussare. Est autem mussare idem quod dubitare vel cum silentio murmurare. Et dicitur a mutio, tis quod infra exponitur proximo. Musso pro dubitare componitur cum
 5 a, quod est sine et dicitur hec amussis, scilicet plumbatum cementariorum quod demittitur a summo versus terram ad perpendendum utrum paries sit equalis an non. Et dicitur alio nomine perpendiculum. Et scribitur musso per duplex s. Unde mussim adverbium, id est dubitanter. Virgilius
 10 Eneidos x c (XI, 344-5),

cuncti se scire fatentur,

Quid fortuna petat populi, sed dicere mussant.

Idem xi e (XII, 656-7),

- Iamque faces ad tecta volant. In te ora Latini,
 15 In te oculos referunt; mussat rex ipse Latinus

etc. Grecismus (xv, 226),

Mussat qui dubitat, mussat qui murmurat idem.

MUSTELA «quasi mus longus dicitur a mus, muris et telon, quod est longum. Hec, ingenio subdola, in domibus ubi nutrit catulos suos transfert mutatque sedem. Serpentes etiam et mures persequitur. Duo autem sunt genera muste-
 5 larum: unum silvestre est, distans longitudine quod Greci iectidas vocant; alterum autem in domibus oberrans. Falso autem opinantur qui dicunt mustelam ore concipere, aure effundere partum». Ita dicit Ysidorus Ethimologiarum xii (3,3).

MUSTUM «est vinum e lacu statim sublaturum». Lacus autem, sicut supradictum est, appellatur cuppa in qua decurrit

MUSSITO 3 munio nis A 3-4 exponitur infra proximo exponitur C
 6 dimittitur AD 7 perpendum A, propendendum BC; an] vel C
 8 duplex A 9 unde virgilius B
 MUSTELA 6 iecridas B; alterum] alium A 7 aure vero B

vinum, et dicitur a liqueo, liques. Dicitur autem mustum quasi mus tenens eo «quod in se limum et terram habeat
 5 mixtam, nam mus grece, terra latine, unde et humus dicitur. Cuius tanta vis fervoris est ut vasa, quamvis grandia, ex eo plena absque spiramine repleta illico disrumpat». (*Isid. Etym.* XII, 3.4).

MUTIO, mutis, mutii vel mutivi, mutire dicitur murmurare ad modum mutorum vel velle loqui et non audere. Et est proprie mutorum vel loqui non audentium. Et dicitur a mutus, ta, tum. Mutum autem a mugiendo dicitur eo quod
 5 quasi mugiat et non loquatur, vox enim eius non est sermo nisi mugitus, vocalem enim sonum, quasi mugiens per nares, emittit.

MUTUUS, tua, tuum dicitur mutuo datum et acceptum. Unde hoc mutuuum quod mutuo datur et accipitur. Et dicitur mutuus a muto, tas. Quod autem dicitur mutuuum quasi a me tibi datum vel ex meo tuum vel meum tuum ethimologia est.
 5 Unde mutuo, as et mutuor, mutuaris deponens, et differunt hoc modo quia mutuare est mutuuum dare, mutuari autem mutuuum accipere. Unde versus,

Mutuo credendo rem, mutuor accipiendo;
 Mutuo credentis est, mutuor accipientis;
 10 Mutuo mutua do, mutuor accipio.

Item a mutuus mutuo adverbium qualitatis, id est invicem, alterutro, vicissim, alterno. Sic exponit Papias.

MUSTUM 5 et *om.* B; humus] mustum B 6 grandia *om.* C 7 illico] cito B

MUTIO 1 mutii *om.* D 5 enim] autem C

MUTUUS 3 mutuus] mutus AC; mutuo mutuas BD 4 tibi *om.* C 5 deponens est A 8 *Totum versum om.* A, *cf. Grec.* xv, 59. 9 est] sed A; *post* accipientis *add.* C: mutuo do nummo sed mutuor accipiendo 10 mutua do mutuo A 11 mutuus] mutus A; id est *om.* C

VOLUMEN HOC ANTENOREIS IN ÆDIBUS
TYPIS OFFICINÆ VERONENSIS VALDONEGA
MENSE APRILI MCMLXXV IMPRESSUM EST

